
SIGILLVM ACADEMIAE HARVARDIANAE IN NOV ANG
CHRISTO ET ECCLESIAE
VE RI TAS

DE ARISTARCHI STUDIIS PINDARICIS.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM SCRIPSIT

ATQUE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

CONSENSU ET AUCTORITATE

IN

UNIVERSITATE GRYPHISWALDENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE VI. MENSIS OCTOBRIS ANNI MDCCCLXXXIII

HORA XI

PUBLICE DEFENDET

SCRIPTOR

EUGENIUS HORN

POMERANUS.

ADVERSARII ERUNT:

IOH. RASSOW, DR. PHIL.
MAX. SCHUSTER, CAND. PHIL.

GRYPHISWALDIAE

TYPIS FRID. GUIL. KUNIKE.

1883.

FRIDERICI HORN
PATRIS MANIBUS

*

AUGUSTAE
MATRI

*

CAROLO MUCHOW

*

NATALIAE MUCHOW
E GENTE STELTER

*

PIETATIS ERGO.

Caroli Lehrsii admirabili libro postquam Aristarchi studia grammatica, quae quidem ad Homerum pertineant, illustrata sunt, via quodammodo praemunita est etiam ad disquirenda ea quae idem in aliis poetis praestiterit. Qua in re dolendum est nusquam reliquias Aristarcheas tam largas copiosasque, quam in scholiis Venetianis Iliadis superesse. Attamen etiam parvula fragmenta colligere atque explorare operae pretium est. Atque O. Gerhardtius iam egit '*de Aristarcho Aristophanis interprete*', [Bonn 1850] de Aristarchi studiis Hesiodeis disputavit Waescke [comment. phil. in honorem G. Curtii a seminario Lipsiensi institutae. Lips. 1874. p. 151 ssq.]. Neque vero quisquam reliquias Aristarcheas in Pindari scholiis servatas, multo uberiores, quam quae latent in scholiis Aristophanis et Hesiodi, colligere et disponere atque de Aristarchi studiis Pindaricis disputare animum induxit. Quod munus suscipere in hac dissertatione mihi proposui.

I.

Aristarchum Pindari carmina edidisse nemo negabit, inspecto schol. Isthm. V, 47 . . . ἃ δὴ ὁ Ἀρίσταρχος σημειοῦται quod Aristarchum textui notas apposuisse docet[1]). Inter quas fuisse putabimus metricas ad notandas strophas, antistrophos, epodos, alias certe ad notandos locos obscuros ac difficiles[2]), quos in Pindaro multos esse Alexandrini grammatici bene senserunt. Neque fortasse omisit notare, ubi poetae sive συνήθεια sive ἰδιότης subesset, ubi dissentiret Pindarus ab aliis poetis, imprimis ab Homero, ubi concineret vel imitatus esset; porro ubi corruptela esset tollenda vel vocabulum ex

1) cf. Boeckh. praeff. scholl. p. 14.
2) Hoc testatur scholl. Isthm. V, 47.

antiqua scriptura aliter transcribendum. Iam admoneo praesto ei fuisse carminum Pindaricorum corpus quod Aristophanes Byzantinus confecerat. Aristophanem enim carmina Pindari collegisse disposuisse, uno tenore antea conscripta, in cola dispescuisse verisimile est. Idem vocabula accentibus ac spiritibus instituit atque textum eorum quae Alexandriam pervenerant, exemplarium antiqua scriptura adhuc scriptum in sermonem ac formam vulgarem transtulisse videtur[3]). Nec tamen Aristophanes in hac re omnia confecisse, sed Aristarcho reliquisse videtur, in quo artem criticam poneret. In textu constituendo corruptelas quae iam in antiquissima manuscripta irrepserant, sanare conatus est, ubi partim erravit partim vera et sagaciter perspexit et facili ratione reposuit. Iam vero Aristarchus quin carmina Pindari commentario amplo et docto illustraverit, dubitari nequit. In quo quaecunque in ecdosi notarat, illustrabat et explanabat: ibidem igitur posita est Aristarchi omnis animi subtilitas et critica et exegetica. Quem commentarium ut, quam maxime possimus, restituamus, operam dare opus est. In qua quaestione instituenda si quaeris qui sint fontes, unde cognitionem hauriamus, fere nihil nisi scholia Pindari materiem praebere videntur. Quamquam in Homero praeter scholia Iliadis in nonnullis libris partim apud grammaticos partim apud lexicographos partim in scholiis multa erant, quae ad Aristarchi studia Homerica pernoscenda magnam utilitatem adferebant, in Pindaro perexigua tantum vestigia Ar. vindicare licet, quae latent seu in scholiis Iliadis seu alibi[4]). Quae cum ita sint ab unis scholiis Pindari proficiscendum est. Quae ubi attente perlegeris, fere septuaginta

---

3) Pindarum constat scripsisse litteram F (vau) eundemque pro η et ει usurpasse litteram ε, ο autem pro ω et ου. Cum vero dialectus Attica per Graeciam magis magisque pervulgata esset, cum digamma exstinctum et diphthongi ει et ου in usum venissent, grammatici Alexandrini textum manuscriptorum in hanc recentem ac vulgarem formam transtulerunt. Legitima ac iusta forma, quae Pindari temporibus fuit, non nisi in titulis servata est.

4) Inter haec sunt nonnullae adnotationes quae pleraeque ad fragmenta Pindarica pertinent: schol. A, 1 schol. B, 670 schol. B, 659. schol. Ω, 604. schol. Θ 368. Χ, 51, schol. Ζ, 24. schol. Soph. Ai. argum. De his locis infra copiosius disseram.

locis videbis Aristarcheam sententiam ipso nomine addito referri. Quod si amplum uberemque commentarium ab Ar. conditum esse reputas auctoritatemque huius grammatici respicis, facile suspicaberis multo plures reliquias Aristarcheas in scholiis latere. Quae suspicio quo verior videtur, eo magis opus est summopere has reliquias investigare. Iam vero, ut redeam ad illos, in quibus Aristarchi nomen splendet, scholiorum locos, fere ubique sententiam aliquam Aristarcheae repugnantem additam reperimus: inter quas plerumque occurrit refutatio Didymi. Quem constat usum eis quae antecedentes grammatici in interpretando Pindaro conscripserant, amplum commentarium confecisse, in quo Aristarchi, cuius assecla erat, ὑπόμνημα imprimis eum respexisse consentaneum est. Ubicumque igitur Aristarchi auctoritatem sequendam esse negabat, postquam eius sententiam exposuit, suam videtur addidisse contrariam; eundem crediderim, quas probasset Ar. sententias, omisso auctoris nomine recepisse. Qua de causa iam in Didymi commentario multa Aristarchea fuisse partim nomine addito partim omisso mihi persuasi. Didymi commentarius amplissimus fons erat, unde paraphrasta, qui vocatur, hausit. Quem virum Pindari carmina libro exegetico qui constabat ex paraphrasi continua ac commentario, illustrasse Lehrsius probavit. Commentarium autem totum ex Didymeo fluxisse certum est; videtur idem magis excerpsisse, quam ipse commentarium cum crisi ac iudicio elaboravisse. Unde apparet Aristarchum ei non nisi ex Didymo innotuisse, ex quo illos locos duxit, ubi nomen Ar. additum erat multoque plures, ubi omissum erat, transtulisse. Paraphrastae compilatio per sequentia decennia ac saecula magis magisque excerpta et concisa est: hinc pendent ea scholia quae nobis per complures recensiones servata tandem in uno corpore collegit Boeckhius. Ex iis, quae supra disputavi, paraphrastae Ar. non alias nisi quae a Didymo dissentirent, interpretationes et adnotationes innotuisse elucet. ergo has solas nos habemus in scholiis neque licet amplius iustam de arte Ar. sententiam ferre[5]), cuius non legimus ipso nomine distinctas, nisi quae

---

5) Boeckhio crimini vertendum quod in praef. scholl. p. 13 satis acerbe de Aristarcho iudicaverit *etsi is passim haud mediocra attulit tamen*

displicuerint Didymo, opiniones. Quot igitur interpretationes Ar. et coniecturae, quae, quamvis abhorruerint a Didymi sententia, fortasse solidae ac sobriae fuerunt, ad nos non pervenere? Quod valde dolendum est, sed in iudicandis Ar. studiis semper tenendum. Iam vero his locis inspectis fere omnes citatos vides, ubi de zetemate solvendo scholiasta disserit, idque in re obscura ac difficili. Quae ζητήματα[6]) ut vocantur, plerumque copiose ac docte exposita, a paraphrasta profecta esse, recte Lehrsius [scholl. Pind. p. 114] videtur posuisse. Cuiusmodi quaestionibus implicatae sunt fere cunctae Aristarchi sententiae quae sub eius nomine circumferuntur: cf. schol. Ol. II, 15. II, 46. 77. III, 1. Py. IV, 8. V, 55. Nem. I, 25. I, 33. II, 13. III, 1. IV, 3. VII, 32. Isth. I, 9 etc. Eisdem locis saepe sequitur sententia Didymi refutantis[7]):

---

neque interpretatione neque critica arte in Pindaricis magnopere videtur excelluisse.

6) Quid sint ζητήματα bene ac copiose exposuit Lehrs, [scholl. Pind. p. 111].

7) Didymi dissentientis ac refutantis nomen, ut in eiusmodi quaestionibus semper servatum non sit, excerptorum culpa factum est. Reperis modo ἔνιοι modo τινὲς modo ἄλλοι modo aliud quid, velut in schol. Ol. III, 23. [fragm. 14]. Hic sub τινὲς Didymum latere crediderim. Idem esse puto aliis locis inter quae sunt schol. Vratsl. Ol. V 23 II, 56. Vice versa item culpa excerptorum factum est, ut passim Aristarchi nomen interciderit. Firmat hanc suspicionem schol. Nem. VII. 1 ubi in quaestione de Eleithyia, postquam aliorum interpretum sententiae expositae sunt, haec sequuntur: ἄλλοι δὲ ἔφασαν ὅτι τοὺς ἐκ φύσεως ἀγαθοὺς κτλ. Haec Aristarchi esse suo loco probabo. Multis videlicet locis utriusque nomen et Aristarchi et Didymi refutantis nomen excidit: Id demonstrare videtur schol. Ol. III, 53 cf. fragm. 8 adnot. 25. Plura de tota hac quaestione afferre possum. Sed satis sit adnotare eos scholiorum locos qui duplici recensione nempe in cod. Vratl. A. et Vat. B. servati sunt et qui maxime rem confirmant.

schol. Vat B. [Rom.]	schol. Vratl. A. [Ambr.]
ad. Ol. II, 97: Ἀρίσταρχος χωρίς τοῦ ι γράφει κτλ.	ἡ λέξις ἐνίοις λέγεται τοῦ ι ἀρσενικῶς.
ad. Ol. III, 23: ὅτι ὁ χῶρος τοῦ Πέλοπος ἐν ταῖς βήσσαις τοῦ Κρονίου . . .	Ἀρίσταρχος· χῶρος ὁ ἐν Κρονίου βήσσαις Πέλοπος.
ad. Ol. III. 25: ἐὰν δὲ διὰ τοῦ ἑνὸς . . . [ἔνθα] ἡ Ἰστρία Ἄρτεμις αὐτὸν ὑπεδέξατο . . .	Ἀρίσταρχος· εἰς τὴν γῆν ἐλθεῖν ὅπου αὐτὸν ἡ Ἰστρία Ἄρτεμις ὑπεδέξατο . . . ἐκεῖ [sc. ἐπὶ Ἴστρου πηγαῖς]

quale est scholium Ol. II, 15: ζητεῖται δι' ἣν αἰτίαν ... ὁ μὲν Ἀρίσταρχος διὰ ... ὁ δὲ Δίδυμος τὸ ἀκριβέστερον ... κτλ. His locis certa forma ζητήματος quam paraphrasta fecerat, servata est in scholiis. Est autem, ubi ea forma exstincta dubitare liceat num vere sint ζητήματα. At eadem sunt distracta ac deformata excerptorum vel neglegentia vel studio brevitatis; quae noli dubitare zetematum ordini adnumerare. Inter haec sunt schol. Ol. II, 77. III, 25. II, 46. Py. V, 55. Nem. X, 61. VII, 48. VII, 32. VIII, 30. VII, 87. Isth. I, 36. schol. Py. II, 56 Aristarcheum zetema fuisse intelleges, si respicies totum scholium, ubi sunt haec: ζητεῖται πῶς τὸ πλουτεῖν σοφίας ...

Attamen nonnulli sunt loci qui neque eiusmodi quaestionibus implicati esse videntur, neque fluxisse ex ipso Ar. commentario. Immo has sententias quas in Ar. doctrina positas Didymus probe sciebat, in suum commentarium receperat: velut ea quae in schol. Ol. III, 37 adnotantur de Ar. vocabuli ῥίμφα veriloquium investigante, ab Ar. doctrina homerica derivata videntur. Dubium enim non est, quin idem ad IV, 30 [ῥίμφα μαλ' ...] aeque de veriloquio ῥίμφα disseruerit. Eadem Ar. doctrina quae pertinet ad hoc vocabulum, postea transiit in Etymologicum Magnum [704, 18]. Eodem spectat adnotatio de Orchomeno in schol. Ol. XIV, 5 quam Ar. vindicavi; etiam haec sententia ab Homero derivata videtur. Cf. etiam schol. Ol. III, 9 [frgm. 13].

Ἰστρία δὲ ἡ Ἄρτεμις ... ἀπὸ Ταύρων ἔθνους Σκυθικοῦ	τιμᾶται ἡ Ἄρτεμις ὑπὸ Ταύρων Σκυθικοῦ ἔθνους.

Inde intellegitur, plerumque excerptorum neglegentia Aristarchi nomen intercidisse quum et apud paraphrastam et in antiquioribus manuscriptis integrum fuisset. Videmus modo scribam cod. Ambros. nomen Ar. servavisse ubi id scriba Vaticani omiserit, modo eundem omisisse ubi id scriba Vaticani servaverit. Haud omittam addere schol. Nem. III, 10, ubi zetema fuisse intellegis, Aristarchique nomen intercidisse, Didymi autem facile reponi posse in promptu est cf. fragm. 61. Iam ut omnia quae modo disputavi complectar, haud improbabile videtur multis locis, ubi de zetemate agitur, Aristarchi aliquam sententiam latitare idque in potissimis, ubi Didymus refutans a scholiasta nominatur. Qua de re copiosius sub finem dissertationis disputabo, ubi eiusmodi locos collocavi, quibus Aristarcheam sententiam subesse fieri potest, ut colligatur.

Contenderam multo plures esse adnotationes quae Ar. vindicari possunt, conatusque eram explicare qua via in scholia pervenerint. Nunc quaerimus, quamnam viam ac rationem habeamus agnoscendae Ar. doctrinae. Nonnulla fragmenta licuit elicere quum ob alia scholia Ar. auctor nullo pacto dubius esse posset. Huc pertinent inter alia schol. Nem. III, 75. schol. Nem. VII, 1. cf. adnot. 78. schol. Ol. VIII, 53. Interdum eandem sententiam Ar. mutata forma alio loco latere videmus, velut in schol. Nem. III, 10 verba ὅ τε μὲν Πλειάδας usque ad finem versus Pindarici pertinentia, confusa cum aliis scholiastae verbis, ad Ar. referenda collegimus. Eodem pertinent schol. Ol. II, 56 et schol. Nem. VII, 32 et alia.

Praeter has conclusiones ea huic quaestioni solvendae firmum quoddam fundamentum supposuit, qua Ar. qui in Homero interpretando tam multas tamque graves novasque normas ac regulas statuerit sententiasque excogitaverit, in Pindaro eandem viam ac rationem explicandi persecutum esse probalissimum est. Ex eis quae sub eius nomine servata sunt, fragmentis haec mihi suspicio orta est. Itaque quo magis assidue ad Ar. studia homerica te contuleris, quo accuratius et altius ea perscrutatus sis, eo melius reliquias Ar. in scholiis Pindari latitantes investigare poteris. Atque primum quidem comparando cum Ar. adnotationibus homericis, quae quidem sint in schol. Iliadis, nonnulla fragmenta licet exsculpere. Quale est schol. Nem. III, 75. Idem scholium dignum est quod rem luculentissime illustret. In conspectu adscribam eadem de re et quid in Homero et quid in Pindaro Ar. adnotasse videatur:

schol. Ariston. Λ, 832.	schol. Nem. III, 75.
ἡ διπλῆ ὅτι Ὅμηρος δεδιδάχθαι μέν φησιν ἐνταῦθα τὴν ἰατρικὴν ὑπὸ Χείρωνος τὸν Ἀχιλλέα, περὶ μέντοι τῆς παρ' αὐτῷ τροφῆς οὐδὲν συνέσταχεν . . . cf. schol. I, 486 sc. Aristarcheum: οὐκ οἶδεν ὁ ποιητὴς παρὰ Χείρωνι αὐτὸν τραφέντα ἀλλὰ οἱ νεώτεροι.	. . . παρὰ μὲν γὰρ Ὁμήρῳ μόνον παιδεύεται [sc. Ἀχιλλεύς] διδασκόμενος τὴν ἰατρικήν, παρὰ δὲ τοῖς νεωτέροις καὶ τρέφεται παρὰ Χείρωνι.

Vides quam utrumque scholium fere verbo tenus con-

cinat. Aeque res se habet in schol. Ol. VI, 31, ubi agitur de vocabulo παρθένιος. Nulla etiam dubitatio esse potest in schol. Py. IV, 179, ubi deprehendis quae eadem Aristarchus in Homero de schemate Alcmanico disputaverit. Haec exempla sufficiant. Sane multo plura vestigia Ar. interpretationis ibidem indagari possent, si etiam ampliorem de Ar. studiis homericis cognitionem assequi possemus[8]). Iam vero ut pergam Ar. quippe qui Homerum suum amicissimum perdidicerit, homericos versus libentissime citasse videtur, praesertim ubi doctrinam homericam in Pindarum transtulit. Huc spectant

---

8) Sunt enim scholiorum loci qui adeo concinunt cum scholiis homericis Iliadis, ut iis eundem auctorem esse negari nequeat. Cum autem multa scholia Iliadis certe ad Aristarchum referenda sint, fieri potest, ut hic grammaticus haud paucorum scholiorum et Iliadis et Pindari quae inter se congruant, auctor sit. Ut rem illustrem nonnulla exempla afferam ita ut scholium Pindari et schol. Homeri in conspectu adscribam:

schol. Ol. IX, 96.
καὶ νῦν μὲν ὁ Πίνδαρος τὸν ἐκ μητρὸς πάππον μήτρωα ὀνομάζει. Ὅμηρος δὲ καὶ οἱ λοιποὶ τῆς μητρὸς ἀδελφὸν μήτρωα καλοῦσι.

schol. Π, 17 cod. BL.
μήτρως: μητρὸς ἀδελφός. οἱ δὲ νεώτεροι τὸν πρὸς μητρὸς μήτρωα καλοῦσι.
Utrumque scholium Ar. valde redolet.

schol. Py. II, 39.
Ὅμηρος μὲν τὸν προηγουμένον τῆς ποίμνης κριὸν κτίλον ὀνομάζει, ἡ δὲ τοῦ ὀνόματος ἐτυμολογία οὐχ οὕτως ἔχει. ἔστι γὰς παρὰ τὸ κτίσαι . . .

schol. Γ, 196.
κτίλος ὥς. ὡς πρᾶος καὶ χειροήθης κριός, ἀφηγούμενος τῆς ποίμνης. εἴρηται δὲ κτίλος ἀπὸ τοῦ ἄγειν τὰ λοιπὰ θρέμματα . . .

schol. Ol. VII, 31.
οὐκ ἄν τις ἐνταῦθα ἐναντιωθείη τῷ Πινδάρῳ τῷ τὸ ἔτι ἀφύτευτον χωρίον ἄλσος ὀνομάζοντι. ἔλεγον γὰρ πᾶν χωρίον ἀφιερωμένον θεῷ κἂν ψιλὸν φυτῶν ᾖ ἄλσος, ὡς καὶ ὅμηρος· ὄγχηστόν θ' ἱερὸν, Ποσιδήϊον ἀγλαὸν ἄλσος'. οὐ γὰρ Ὀγχηστὸς δένδρεσι κομᾷ ἀλλὰ ἱερός ἐστι. Versus est Iliadis II, 506.

schol. Π, 506.
πᾶς τόπος σύνδενδρος ὕδωρ ἔχων καὶ ἀφιερωμένος ἄλσος καλεῖται [cod. D].

schol. Ol. VII, 72 (Ὑπεριονίδας)
ὁ Ὑπερίονος παῖς. Ὑπιρίων δὲ εἷς τῶν Τιτάνων κατὰ τὴν τοῦ Ἡσιόδου Θεογονίαν. οἱ δὲ αὐτὸ ἐπιθετικῶς ἀκούουσι ἐν τύπῳ πατρωνυμικῷ. ὁ ὑπὲρ γῆν ἱέμενος ἢ ὑπὲρ ἡμᾶς πορευόμενος.

schol. Θ, 480 (Ὑπερίονος)
τοῦ ἡλίου, ἤτοι ὅτι Ὑπερίονος ἐστι καὶ Θείας παῖς ὡς Ἡσίοδος. ἐντεῦθεν γὰρ αὐτὸν πατρωνυμικῶς Ὑπερίονίδην καλεῖ ἢ ὑπερίων ὁ ὑπεράνω ἡμῶν ἰὼν καὶ περιπολῶν τὸν κόσμον.

inter alia schol. Ol. VI, 31. Isth. I, 52. Pyth. III, 27. V, 51. V, 61. VI, 13. His locis adnotavit, qua in re Homerus ac Pindarus consentirent, saepe vero etiam, in quo alter ab altero dissentiret. Huc pertinet schol. Py. I, 12, ubi κῆλα ab Homero aliter usurpari atque a Pindaro adnotavit; aeque res se habet in schol. Ol. IX, 86. Eiusmodi vero omnes loci hanc rationem maxime in interpretatione vocabulorum Ar. secutum esse docent. Iam vero adnotabo interdum non solum Homerum, sed etiam alios poetas seu epicos sive lyricos citavisse, ut monstraret poetae quo concinerint quo dissenserint et in rerum et in vocabulorum interpretatione; qua in re poetas qui post Homerum floruerunt, νεώτεροι appellare solet, quam significationem et ipsam ab Homero transtulit[9]).

Quale est schol. Nem. VII, 87 παρὸ καὶ Ἡσίοδος κτλ. ubi de consensu inter Pindarum et Hesiodum adnotavit. Eundem citasse videtur ad Ol. IX, 112 ὥς πού φησι καὶ Ἡσίοδος. Ad Ol. IX, 86 exposuit quae vis fuerit vocabulo χάρμη apud Homerum Pindarum, Stesichorum, Ibycum: νῦν ἀντὶ τοῦ χαρᾶ· Ὅμηρος δὲ ἀντὶ τῆς μάχης, οἱ δὲ περὶ Ἴβυκον καὶ Στησίχορον χάρμην τὴν ἐπιδορατίδα φασίν. Porro huc spectant schol. Nem. III, 10. Py. IV, 179. De poetis posthomericis dicit ad Nem. III, 43 παρὰ μὲν γὰρ Ὁμήρῳ ... παρὰ δὲ τοῖς νεωτέροις ... κτλ.

Quae cum ita sint non paucas adnotationes e scholiorum latebris depromere atque Ar. vindicare licet. Multo vero plura vestigia Ar. doctrinae ibidem latere concedes, si etiam

---

9) In potissimis Hesiodum citare solet, quem etiam in Homero adhibet cf. schol. Ariston. Ξ, 124. Poetas Homero posteriores Aristarchum οἱ νεώτεροι appellasse, ex Homero satis constat. cf. Lehr. Aristarch. p. 105. Eundem etiam et consensum et dissentionem inter Homerum et posteriores poetas observasse cum multa subtilitate praeter permulta scholia testantur schol. Ω, 257. K, 480, 231. Π, 336. Ψ, 679. B, 659. Ω, 604. Θ, 368. Omnia eiusmodi scholia docent, Ar. libentissime ac frequentissime in Homero tale quid adnotasse; unde etiam in Pindaro ab hac observandi ratione eum non discessisse crediderim. Ergo valde mihi probabile est sub multis eiusmodi adnotationibus, quae in scholiis Pindari occurunt, Aristarchum latere:

schol. Py. IV, 370. Ὅμηρος μὲν ἐκτοπίζει τὸν Ἰάσονος πλοῦν (μ 69). οἴη δὴ κείνη γε παρέπλω ποντοπόρος νηῦς καὶ τὰ ἑξῆς. οἱ δὲ νεώτεροι πόντον ὑφίστανται δύο νησίδια σκοπελοειδῆ ἀλλήλοις συῤῥηγνυμένα. καὶ ἴσως Ὅμηρος ... οἱ δὲ νεώτεροι συντρέχειν φασιν. cf. schol. Ol. IX, 96 [adnot. 8].

eandem quam in Homero persecutus est, rationem interpretandi quae pertinet ad statuenda sive pleonasmum seu enallagen seu ellipsim seu syllepsin Ar. ad Pindarum detulisse reputas. Qua in re si non ubique certas adnotationes Ar. vindicare poteris quum certa deficiet norma cognoscendi, at magni momenti videtur, quod haec conclusio omnino nos perduxerit ad Ar. nova vestigia indaganda. Nec tamen desunt ubi de Ar. auctore paene nulla dubitatio esse possit.

Huc pertinent inter alia schol. Ol. VII, 23. IV, 3. VI, 179. VII, 48. VIII, 4. Py. XI, 1. schol. Ol. VII, 23: ἡ δὲ ὑπὸ ἀντὶ τῆς μετά. καὶ Ὅμηρος [Σ, 492] δαΐδων ὕπο λαμπομενάων. Idem ad hunc versum Iliadis adnotaverat Aristarchus.

Talibus autem in adnotationibus item Homericos versus citasse videtur, idque quidem plerumque, ubi enallagen esse statuit.

Postquam de fontibus, unde cognitionem Aristarchi studiorum Pindaricorum hauriamus atque de ratione ac via ingredienda disseruimus, restat, ut de ipsa critica arte et exegetica quamnam Ar. in. Pindaro exercuerit, exponamus. Atque primum quidem, si quaeris, qualis eius fuerit exegesis, rerum interpretationem ab Aristarcho admodum tractatam ex fragmentis intellegi potest, quod in poeta tam difficili par est. Ubi vero has examinatus es, Aristarchum fere in plerisque errasse confitebere. Idem utpote qui multo plus studii ac laboris in rebus grammaticis posuerit, in Pindaro interpretando adeo non ab hac ratione recedere potuit, ut saepissime in rerum interpretatione lapsus sit. Permulta enim quae ad res explicandas praesertim in hoc poeta prorsus necessaria sunt, aut omisit aut neglexit aut ignoravit. Haec vitia Didymus bene perspexit, quam ob rem Ar. ubi debebat, reprehendere ac refutare haud dubitavit[10]). In primis Ar. tam procul habet quodvis veritatis ac fidei historicae studium, ut ad absurdissima commenta delapsus sit. Neque enim, ubi opus erat, funda-

10) Liceat exempla afferre: schol. Ol. II, 15: Ἀρίσταρχος μὲν . . . ὁ δὲ Δίδυμος τὸ ἀκριβέστερον τῆς ἱστορίας ἐκτίθεται μάρτυρα τὸν Τίμαιον . . . προφερόμεως. schol. Ol. III, 1 ὁ δὲ Δίδυμος ἱστορικώτερον λέγει . . . schol. Ol. V, 10 τοῦτο δέ φησιν Δίδυμος ἀμάρτυρον εἶναι . . . eodem spectant οὐκ ὀρθῶς δέ φησιν. βελτιον δέ φησιν ὁ Δίδυμος . . . nec dubitatio esse videtur de voce γελοῖον.

menta historica quaenam rebus subessent, disquirebat neque auctores historicos consulendos ducebat. Immo suam propriam sententiam conformabat, id studens, ut rei ipsi expediendae succurreret[11]). Id modo aliqua ratione assecutus esset, sententiam omni fide historica carere nihil fere eius interfuisse videtur. Nimirum haud aliter in Homero iudicavit[12]). At in poeta mythico non erat cur historica fundamenta examinare deberet: quo magis huc animum obvertas necesse est in Pindaro, qui poeta historicis temporibus, non mythicis vixerit. Hinc factum est, ut in interpretando Nem. II, 13 gravissime lapsus sit, ubi si quem historicum inspexisset, ad tam perversam explicationem perductus non esset; eodem spectat ut alia omittam, is quem ad Ol. II, 15 commisit error; hic Timaeum, illic Philochorum consulere licuit. Ut vero rerum gestarum fidem neglexit, itaque neque in geographicis neque chronologicis eam qua opus erat, diligentiam ac curam prae se ferebat. Non igitur ad Ol. V, 10 dubitavit de Hippari fluvio excogitare quae a fide ac veritate prorsus abhorrerent. Chronologiae autem adeo nihil fere rationis habuisse videtur, ut non disquireret, quo tempore carmen aut scriptum aut doctum esset. Ita factum est ut in initio carminis Nemeaci tertii non intellexerit epinicium longe post illam, quae celebratur, victoriam scriptum cantatumque esse. Neque vero ipsorum, de quibus in epiniciis agitur, hominibus satis rationis habuit. In carmine Isthmiaco II poeta Thrasybulum bis alloquitur; primum in initio tum sub finem, quamquam carmen ipsum Xenocrati Agrigentino scriptum erat. Quo loco quamquam multum intererat quis esset Thrasybulus, diligenter disquirere, — id quod inspecto carmine Pythico sexto facillimum erat — Aristarchus rem ex versu 28 satis explicari

11) Ad Nem. VII, 48 amplam et non absurdam explicationem finxit nisus paeane Pindari nunc deperdito. Omnia vero haec quamvis facilia sint, nihil nisi ficticia esse Herrmannus recte contendit. Aeque res se habet in Pyth. VII, 18 ubi ex threno Pindari sententiam si non absurdam at insolidam neque ullo testimonio historico nitentem excogitavit. Etiam in Nem. VI, 21. rem quae non fuit, commentus est.

12) Ut exemplum afferam, in Homero ea quae de utroque flumine Sellei Aristarchus statuerat, ficticia esse Demetrius Scepsius ostendit. cf. Lehrs. Ar. p. 233. Strabo VIII, p. 339.

ratus, ad perversam sententiam perductus est. Praeter haec omnia Ar. mythorum, qui in Pindaro copiose ac diserte narrantur, et quodammodo summam epinici efficiunt, nullam prorsus curam habuisse probabile est. In carmine Nemeaco primo omisit accurate conexum et causam explorare, de qua poeta mythum illum de Hercule infante angues trucidante narraverit. Lapsus est in carmine Olympico septimo, ubi haud satis perscrutatus erat narrationem Daedaleam. Omnia haec vitia deformant Aristarchi interpretandi artem, quam quidem in Pindaro exercuerit. Huc accedit quod nunquam fere desiit Homerum comparandum ob oculos sibi ponere. Hinc gravissimus ille error metricus Py. III, 43 ortus, quem nisi Homerum putasset expressum a Pindaro, nullo modo eum commissurum fuisse arbitror. Quid hoc loco Homerum arcessere opus est? [13]) Aeque res se habet Pyth. IV, 8 ubi si non tam graviter lapsus est, at perperam explicavit, quia similitudinem aiebat esse inter Pindari verba atque Homeri.

Neque tamen omittere licet quae in Pindaro interpretando bona praestitit. Atque primum quidem confiteri debemus, ab Aristarcho primo Pindari carmina coepta esse accuratius explicari. Quae enim ante eum grammatici in Pindaro interpretando praestiterunt neque satis docta nec copiosa videntur fuisse. Praesto ei fuisse libros exegeticos ex ipsius verbis interdum intellegitur sicut in schol. Nem. I, 33: ὁ μὲν οὖν Αρ. φησι ὅτι οἴονταί τινες ὅτι ὑπόθεσις αὐτῷ ἐδέδοτο . . . ὅπερ ἐστιν ὡς καὶ Αρίσταρχός φησι ἀπίθανον. Inter quos fuisse librum exegeticum qui inscriptus erat ἀπορίαι Πινδαρικαὶ, non est denegandum [cf. Lehrs. schol. Pind. p. 116]. Quod eo verisimilius videtur, quo magis in poeta tam obscuro tortuosas et acutulas quaestiones grammaticis, qui ante Ar. vixerunt, instituere licuit. Tantum vero abest, ut Ar. illas captiosas artes et minutias in commentarium receperit, ut non minus in Pindaro quam in Homero, ubi quaestiones dissolvendae

---

13) Hinc velim ne fiat opinio Pindarum prorsus non imitatum esse Homerum. Epicorum vestigia pressisse Ar. docet schol. Nem. X, 61 ubi Cypriorum carmen imitandum sibi proposuisse poetam Aristarchus perspexit et schol. Ol. VI, 15 ubi Thebaidem Cyclicam imitatum esse Pindarum Asclepiades intellexit.

essent, haud gloriolam quaesivisse, sed qua erat sobrietate animi, molestas argutias eludisse et ad scrutandas meliores sanioresque explicationes incubuisse putemus. Quin etiam interdum eo simplicitatis interpretandi progressum esse dixerim, ut rem ipsam non nisi leviter stringeret[14]. Ubi vero quid ita impeditum erat ut non nisi captiosis artibus expediri posset, in Homero aspernatus gratam ostentationis occasionem medicinam adhibuit eruditam ac simplicem ἀθέτησιν'[15]. Quam quoniam in Pindaro admovere non licebat — Aristophanes enim Byzantinus ingenti labore effecerat, ut in hac re nihil superesset — in eiusmodi locis coniectando difficultatem solvere conatus est. Praeter vero haec omnia Ar. vocabulorum interpretatio laude indigna non videtur. Etiam in Pindaro eadem fere cum subtilitate ac diligentia quid quodvis vocabulum significaret, observasse Ar. mihi probabile est. Qua in re iisdem quibus in Homero rationibus usum esse et Homericos versus libentissime citasse, iamiam adnotavi. Huc pertinet subtilis illa distinctio inter vocabula πόνος et δαπάνα, quae saepius apud Pindarum occurrunt schol. Isthm. I, 36, observatio de usu verbi θράσσω schol. Isthm. VI, 39, ut taceam de plurimis vocabulis quorum explicationes ex Homero petitas hac de causa ad Ar. retuli. Diligentem observationem in usu cum Pindarici tum poetici sermonis collocaverat: inquisivit in patronymicorum formationem, [fragm. 14. 51] impersonalem verborum usum, [fragm. 54. 57] enallagen, pleonasmum, alias figuras, de quibus tertio capite agam; dialectum Pindari non videtur accuratius tractasse; neque rem metricam curavit, qui Py. III, 43 [fragm. 40] vitium adeo inferret Pindaro. Ordinem carminum ab Aristophane constitutum non mutavit neque num is inde omnia carmina ad Pindarum rettulisset, quaesivit: nulla eius mentio ad Ol. V, quod hodie viri docti fere consentiunt a Pindaro alienum esse neque ad carmina Ne-

---

14) Ita factum est ut Aristarchi explicatio ad Ol. VI, 15 simplicissima nullo modo satisfacere posset: ὅτι ἰδιάζει καὶ ἐν τούτοις Πίνδαρον ὡς καὶ ἐν ἄλλοις. Hoc propinquat Homericae Ar. adnotationi reliquorum minutiis oppositae ad Δ, 489: ὡς ποιητικὸν παραιτεῖται. Multa in Pindaro simpliciter eo modo explicavisse videtur, ut ad ἰδιότητα vel συνήθειαν poetae referret. cf. quae ad. Ol. VI, 15 in adn. disputabo.

15) Lehrs. Aristarch. p. 208.

meonica aliena IX, X, XI. Contra a coniecturis non refugit Ar. Isthm. I, 9. 36. Nem. IV, 93. Ol. II, 77, quae omnia improbanda sunt, cum librorum memoria possint servari; ne rarius coniceret, ad contortas explicationes confugit, velut Isthm. IV, 51 [fragm. 78]. Grate autem laudamus emendasse eum verissimis coniecturis Ol. II, 97 [fragm. 11], Nem. X, 61 [fragm. 73].

Iam fragmenta agedum proponamus.

II.

1) Ol. I, 65 (πάλιν). Ad hunc versum scholia praebent adnotatiunculam: πάλιν εἰς τοὐπίσω, quae fortasse Ar. est. In Homero enim idem de hac voce adnotaverat, ita ut modo tempus modo locum significaret. schol. K, 281: ἡ διπλῆ ὅτι πάλιν εἰς τοὐπίσω. [cf. Lehrs. Arist. p. 91].

2) Ol. I, 74 (σχεδὸν). schol.: οὐ χρονικῶς τὸ σχεδὸν ἀλλὰ τοπικῶς. Idem in Homero observavit Ar., a quo hanc adnot. profectam esse probabile est. cf. schol. Υ, 290: σχεδὸν ἀντὶ τοῦ ἐγγὺς καὶ οὐχ ὡς ἡμεῖς. cf. Lehrs. Ar. p. 91.

3) Ol. II, 9 (Momms.): καμόντες οἳ πολλὰ θυμῷ
ἱερὸν ἔσχον οἴκημα ποταμοῦ

schol. Rom.: Ἀρίσταρχος οἴκημα ποταμοῦ προςηγορεῖσθαί φησι διὰ τὸ ὁμώνυμον εἶναι τῷ ποταμῷ Ἀκράγαντι. τὴν γὰρ ὀνομασίαν ἡ πόλις ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἔσχεν. Ἀρτέμων δὲ ἀπὸ Περγάμου τὴν Γέλαν οἴεται δεῖν ἀκούειν. καὶ γὰρ ταύτην ὁμώνυμον εἶναι Γέλᾳ τῷ ποταμῷ, τοὺς δὲ Ἀκραγαντίνους Γελῴων εἶναι ἀποίκους. ὥστε τῶν πατέρων ἄωτον ἐν Γέλᾳ ἐπὶ τῶν τοῦ Θήρωνος προγόνων συντετάχθαι[17]).

---

17) De toto hoc scholio fusius disseram. Duas enim eiusdem pristini uberioris scholii habemus recensiones, alteram quae servata est in ed. Rom. [seu cod. Vatic. B] alteram in cod. Vratisl. A [seu Ambros. A] cuius collatione utor Schneid. [progr. acad. Vratisl. 1843] Utramque non recte inter se miscuit Boeckhius. In Rom. suo loco stat scholium, non in Vratl. A, ubi id ad versum 38 (Mo.) adscriptum esse mirum est. Praebet enim codex sub lemmate μόρσιμος υἱὸς haec: ὁ ἀναγκαῖος κατὰ μοῖραν αὐτῷ γεγονώς. γράφεται καὶ μόρσιμος, ὁ μόρον ἐπενεγκὼν ἢ μεμοιραμένος [corr: cod. et Bö. ωμαρτημένος] διὰ τοῦ σ. μόρσιμον υἱὸν τὸν Οἰδίπουν, καθὸ μοῖραν ἐπήνεγκε τῷ πατρὶ Λαΐῳ. ἐν δὲ τοῖς Παιᾶσιν εἴρηται περὶ τοῦ χρησμοῦ

Aristarchus verba ἱερὸν οἴκημα recte accepit de Agrigento, falso Artemon de Gela. Quamquam enim revera Theronis maiores ex Rhodo transgressi in Siciliam occupaverant Gelam, tamen e carminis initio satis elucet, poetam significare Agrigentum, quod modo nominaverat et quod solum praedicandum

---

τοῦ ἐκπεσόντος Λαΐῳ, καθὰ καὶ Μνασέας ἐν τῷ περὶ χρησμῶν γράφει: ‚Λάϊε Λαβδακίδη ἀνδρῶν περιώνυμε πάντων'. Haec adnotatio spectat ad μόρσιμος υἱός. At vide quae sequantur: ἐξ οὗπερ] ἀφ' οὗ χρόνου Λάϊον ἐφόνευσεν Οἰδίπους. εἰσὶ γὰρ ἀπόγονοι τούτων οἱ περὶ Θήρωνα. ἄλλως· περὶ τῶν Θήρωνος προγόνων· ὅτι οὗτοι τὸ γένος ἀπὸ Θηβαίων εἶχον ἀπὸ Κάδμου τὸ ἀνέκαθεν. Κάδμου γὰρ Πολύδωρον [cod. praebent Πολύδωρος, mox Λάβδακος.] τούτου δὲ Λάβδακον, τοῦ δὲ Λάϊον, τοῦ δὲ Οἰδίποδα, εἶτα Ἐτεοκλέα, τοῦ δὲ Πολύδωρον, τοῦ δὲ Αἵμονα. Τοῦτον δὲ τῶν ἐμφύλων ἀνδρῶν ἀποκτείναντά τινα <ἐν> τῷ κυνηγίῳ Ἀθήναζε μεταστῆναι. τοὺς δὲ ἀπὸ τούτου πάλιν ἐκ τῶν Ἀθηνῶν μεταστάντας ἅμα τοῖς Ἀργείοις Ῥόδον κατοικῆσαι μέχρι τινῶν γενεῶν, κἀκεῖ μείναντας ἐλθεῖν εἰς Ἀκράγαντα. καὶ μέχει Θήρωνος τὰρ ἀπάσας γενεὰς ζ πρὸς ταῖς ὀκτὼ ἀριθμεῖσθαι. ταῦτα ἱστορεῖν [corr: ἱστορεῖ cod.] ἐν ἐγκωμίῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ ‚βούλομαι παίδευσιν Ἑλλάνων' [Bergk^{4} frg. 118] ἐν δὲ τοῖς προεγκειμένοις καὶ ταύτην τὴν πολλὴν ἄλην [corr. Schn.: cod. ἄλλην] αὐτῶν ἀποφαίνοντα [corr: ἀποκλίνοντα cod. ἀποκλαίοντα Schn.] τὸν Πίνδαρον φάναι ‚καμόντες οἳ πολλὰ θυμῷ ἱερὸν ἔσχον οἴκημα ποταμοῦ'. — ἵνα λέγῃ τὴν Γέλαν οὕτω καλουμένην πόλιν ἐν Σικελίᾳ παρὰ τῷ ποταμῷ τῷ Γέλᾳ ὡς Καλλίμαχος· ‚οἱ δὲ Γέλα ποταμοῦ κεφαλῇ ἐπικείμενον ἄστυ' (Artemon) οἱ δὲ τὴν Ἀκράγαντα (Aristarch.) πάλιν γὰρ αὕτη πόλις Σικελίας ὁμώνυμος τῷ ποταμῷ. ἔχοι δὲ ἂν μᾶλλον τὸ β λόγον. μετὰ γὰρ καμάτου ἐκτίσθη Ἀντιφήμου τοῦ Ῥοδίου καὶ Ἐντίμου τοῦ Κρητὸς κατὰ χρησμὸν Ἀπόλλωνος μαχεσαμένων Σικελιώταις περὶ τοῦ χωρίου. ἱερὸν δὲ οἴκημα ἡ Ἀκράγας ὅτι Ζεὺς ἔδωκεν αὐτὴν Περσεφόνῃ. Totum hoc scholium quid ad v. 38? Vides postulari a v. 9. Quod ubi hinc segregaveris et cum illo, quod Rom. ad v. 9 praebet, scholio contuleris, ex eodem fonte utrumque fluxisse intelleges. Iam in recensione Vratisl. ante περὶ τῶν Θήρωνος προγόνων· ὅτι κτλ. videtur nomen proprium intercidisse. Unde enim pendent accusativi cum infinitivo? Profecta sunt haec omnia ex commentario Didymi, cuius nomen substituas oportet. Ea autem quae de erroribus afferuntur, certe ex Timaeo hausit qui in schol. Vratl. ad v. 9 citatur. Quae cum ita sint, initium huius schol. Vratl. sic fortasse restituendum videtur: ἄλλως. Δίδυμος < παρατιθέμενος τὰ Τιμαίου cf. schol. Ol. VI. 158. II, 29 > φησὶν περὶ τῶν Θήρωνος προγόνων ὅτι κτλ. Praeterea non omiserat Didymus Aristarchi et Artemonis interpretationes afferre. Ceterum etiam Pindaricos locos citaverat, quorum in utroque scholio aliquid servatum est, sed ita ut ex uno eodemque carmine sint [cf. Bergk^{4} fr. 118]. Ex Didymo quod factum est excerptum satis doctum et amplum, postea distractum varieque exscriptum est. Maximae autem mirationi est, alterum excerptum, quod est in cod. Vratl. a suo loco aberravisse et aliorsum pervenisse.

erat. Illud καμόντες Aristarchus in universum ad labores quos maiores Theronis in erroribus perpessi erant, rettulit, Artemon ad colonos.

4) Ol. II, 15: τῶν δὲ πεπραγμένων
ἐν δίκᾳ τε καὶ παρὰ δίκαν ἀποίητον οὐδ' ἂν
χρόνος ὁ πάντων πατὴρ δύναιτο θέμεν ἔργων
τέλος.
λάθα δὲ πότμῳ σὺν εὐδαίμονι γένοιτ' ἄν.

schol. Rom.: ζητεῖται δι' ἣν αἰτίαν εὐξάμενος τῷ Θήρωνι τὰ κάλλιστα κατάπαυσιν τῶν πραχθέντων δεινῶν αἰτεῖται τὸν Δία. καὶ ὁ μὲν Ἀρίσταρχός φησι διὰ τὸ κεκμηκέναι τοὺς τοῦ Θήρωνος πατέρας κατὰ τὴν Ῥόδον τῶν πραγμάτων στασιαζομένων καὶ οὕτω τὴν μετοικίαν εἰς τὴν Σικελίαν στειλαμένων. ὁ δὲ Δίδυμος τὸ ἀκριβέστερον τῆς ἱστορίας ἐκτίθεται μάρτυρα Τίμαιον τὸν συντάξαντα τὰ περὶ τῆς Σικελίας προφερόμενος. ἡ δὲ ἱστορία οὕτως ἔχει κτλ.

Aristarchus, malus historicus, ad locum expediendum rem quae non fuit commentus est. Quod recte refellit Didymus, qui certis testimoniis nisus tam verisimile explicavit hunc locum, ut omnes adhuc secuti sint interpretes. Pertinet res ad simultates, quae fuerunt inter Theronem et Hieronem [18]).

5) Ol. II, 32: ἤτοι βροτῶν γε πέρας οὐ
κέκριταί τι θανάτου
οὐδ' ἡσύχιμον ἁμέραν ὁπότε παῖδ' ἀελίου
ἀτειρεῖ σὺν ἀγαθῷ τελευτάσομεν.

schol. Vratl. A: λέγει ὅτι ἄδηλος ἡ τύχη τῶν ἀνθρώπων. τὴν δὲ ἡμέραν θυγατέρα τοῦ ἡλίου ἔφη ἐναντίως Ἡσιόδῳ [19]). ἐκεῖνος γάρ φησιν ‚αἰθήρ τε καὶ ἡμέρα ἐξεγένοντο' καθὸ ἐκ τῆς ἐπὶ τῆς αὐτῆς [ἡμέρας νυκτός Momms. add.] ἡμέρα γεννᾶται. ἀμφίβολον δὲ πότερον αὐτῷ ὁ λόγος καὶ ἐπὶ τοῦ θανάτου· οὐδ' ὁπότε τελευτήσομεν τὴν ἐσχάτην ἡμέραν <ἢ ὁπ>ότε [20]) ἀθορύβως ἐν τῷ τοῦ ζῆν χρόνῳ <fort. ἐσόμεθα> οὕτω δὲ καὶ Ἀρίσταρχος.

Ambigebant veteres quem in modum accipiendum esset

---

18) cf. Müller. frg. histor. I, p. 244.

19) Cod. Ἡσίοδος. correxi conlato schol. Isthm. I, 43.

20) cod. . . . ἡμέραν ὅτι ἀθορύβως. Recte Bö. intellexit ἢ inserendum esse. Male Schneid. ὅτι θόρυβος κτλ. In priore lacuna reposui ἢ ὀπ[ότε], in altera fortasse verbum finitum excidit.

ἡσύχιμον ἁμέραν. Aristarchus certum quendam vitae diem esse voluit vacuum dolore ac labore. Alii de die supremo cogitaverunt. At Aristarchus recte sensisse videtur. Quid enim poeta in v. 32 repetit, quae in priori dixit? Immo novi quid sequitur. Expressit hanc sententiam G. Hermannus [ad Vig. p. 918] ita: *incertum est quando (omnino) tranquillum diem nullo turbatum malo transacturi simus.*

6) Ol. II, 46: ὅθεν σπέρματος ἔχοντι ῥίζαν. πρέπει τὸν Αἰνησιδάμου
ἐγκωμίων τε μελέων λυρᾶν τε τυγχανέμεν.

schol. Vr. A: ἔστι μὲν καὶ οὕτως διαστεῖλαι· ὅθεν σπέρματος ἔχοντι ῥίζαν', εἶτα ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς, πρέπει τὸν Αἰνησιδάμου' ἣν καὶ ὁ Δίδυμος ἀποδέχεται. Ἀρίσταρχος δὲ οὕτως· ὅθεν σπέρματος ἔχον<τι>[22]) ῥίζαν τὸν Αἰνησιδάμου, ὡς τῶν ἴσων εἶναι τὸ ἀφ' ὧν ἔχοντι τὸ σπέρμα τῷ Αἰνησιδάμου υἱῷ πρέπει λυρῶν καὶ ἐγκωμίων τυγχάνειν. γίνεται δὲ φησιν ὁ Δίδυμος κατὰ τὴν ἐκφορὰν ταύτην παρέλκον τὸ τυγχανέμεν.

Aristarchus omni interpunctione omissa sententiam ad Theronem rettulit. At constructionem intricatissimam ac paene intolerabilem effecit. Accusativum enim τὸν Αἰνησ. pro dativo positum censet ita ut pendeat a πρέπει: πρέπει τῷ Αἰνησιδ. ἐγκωμίων etc. Qua in sententia τυγχανέμεν plane superfluum esse, rectissime opponit Didymus, a quo altera interpretatio profecta esse videtur.

---

21) Aristarchi explicatio etiam in Rom. deprehendis: οὐδ' ὁπότε ἐν εὐτυχίᾳ ἐσόμεθα ἀθορύβως καὶ ἀταράχως ἐν τῷ τοῦ ζῆν χρόνῳ. Ea quae in hoc scholio sequuntur ad alteram interpretationem spectant [cf. Sybel. progr. Marburg. 1872. p. 4] οὐδ' 'πότε διατελέσομεν ἡμέραν ἥσυχον . . . desunt nonnulla ἡμέρα δὲ ἡσύχιος ἡ τοῦ θανάτου, ἐπεὶ ἐν αὐτῇ θανόντες ἡσυχάζομεν.

22) Errant Mommsenus et Bergkius viri docti, quum putant, Ar. scripsisse ἔχοντα. Quum enim Didymus utpote qui Ar. lectionem et interpretationem cognitam haberet, τυγχανέμεν abundare opposuisset, res ita se habeat necesse, ut ἔχοντι Ar. legerit. Qui enim, ubi ἔχοντα acceperis, scholium explicandum sit, haud scio. Praeterea scholiastam qui tantummodo diversam interpunctionem tractat, si revera Ar. ἔχοντα legisset, nullo modo hanc emendationem silentio transiturum fuisse mihi certum est.

7) Ol. II, 56: . . . εἰ δέ νιν ἔχων τις οἶδεν τὸ μέλλον
ὅτι θανόντων μὲν ἐνθαδ' αὐτίκ' ἀπάλαμνοι φρένες
ποινάς ἔτισαν, τὰ δ' ἐν τᾷδε Διὸς ἀρχᾷ
ἀλιτρὰ κατὰ γᾶς δικάζει τις ἐχθρᾷ
λόγον φράσαις ἀνάγκᾳ.

schol. Vrtl. A: Ἀρίσταρχος ἐξηγεῖται οὕτως· εἴ τις οἶδε το μέλλον ὅτι ποινὴν τίνουσιν οἱ ἐν ᾅδου παρανομήσαντες... ὁ γὰρ λόγος ὡς τῶν αὐτῶν πλεονάκις ἀναβιούντων καὶ ἐνθαδ' ἢ καὶ ἐκεῖ δίκας διδόντων τῶν ἁμαρτημάτων. ἔνιοι δὲ ἁπλούστερον ἀκούουσι τοῦ λόγου οὕτως· εἰ ἔχων τις τὸν πλοῦτον οἶδεν, ὅτι ἐν τῷ ὑστέρῳ χρόνῳ οἱ ἀποθανόντες καθ' ᾅδου δίκας διδόασι.

Ab Aristarcho profecta est interpretatio, quam ampliorem et integriorem deprehendimus in schol. Rom.: ἐγκρίνει τὴν παλιγγενεσίαν. λέγει οὖν· εἴ τις οἶδε τὸ μέλλον ὅτι οἱ μὲν ἐν τῷ ζῆν ἁμαρτάνοντες ἐν ἅδου κολάζονται, οἱ δὲ ἐν ᾅδου ἐν τῷ ἡμετέρῳ βίῳ ἐν τῇ τοῦ Διός ἀρχῇ. Putavit Aristarchus in his versibus poetam loqui de palingenesia, quod dogma primus Pythagoras fertur et posuisse et excoluisse [cf. schol.]. Structuram autem verborum talem instituisse videtur: ὅτι μὲν φρένες ἀπάλαμνοι ἐνθάδε θανόντων αὐτίκα ποινάς ἔτισαν, [sc. ἐκεῖ] τὰ δὲ ἀλιτρὰ ἐν τᾷδε Διὸς ἀρχᾷ κατὰ γᾶς δικάζει τις. quam explicationem alii[23]) aspernati simplicius locum interpretati sunt: nihil aliud in his dici, nisi mortuos in orco poenas dare peccatorum.

Neque iniuria ab Aristarcho recesserunt, cuius sententiam obtrudi Pindari verbis nemo negabit. Ad quam perductus fortasse est Aristarchus oppositione quae indicatur

---

23) Ii qui ab Aristarcho discesserunt seu Didymus, id quod probabile est, seu quis alius grammaticus, in v. 58 δὲ pro γὰρ acceperunt. Quod confirmat schol. Vratl. ad h. v. in quo Aristarchi sententia occurrit: τὸν δέ φησι<ν> <ὁ Δίδυμος fort.> ἀντὶ τοῦ γὰρ δεῖ ἀκούειν <καὶ insero> καθιστάναι τὸν λόγον· τὰ [cod. ὁ] γὰρ <ἐν> τῇ τοῦ Διὸς ἀρχῇ ἀλιτρὰ . . . Sequitur lacuna, quam in hunc fere modum explebis: <ἐγκρίνει τὴν παλιγγενεσίαν.> λέγει γὰρ τοῦτο ὁ Πίνδαρος· ἐπεὶ οἱ ἐν τῷ ζῆν ἁμαρτάνοντες μετὰ τὸν θάνατον δίκας ὑπέχουσι, οἱ δὲ καθ' ᾅδου ἄδικοι τὰ μὲν κατὰ τὸν τοῦ ζῆν χωρισμὸν [Gerh.: cod. χρόνον] ὅταν ἀναβιώσωσιν, ἐν μέρει πάλιν δίκας ὑπέχουσιν ἐν τῷ ζῆν τοῖς Ὀλυμπίοις θεοῖς. οἴεται γὰρ ἀναβιοῦν τὰς ψυχὰς Πυθαγορικῇ δόξῃ χρώμενος.

verbis μὲν — δὲ in v. 57, 58. Ceterum apodosin verborum θανόντων μὲν quaerenda videtur in verbis ἴσαις δὲ νύκτεσσιν [cf. Mezger comment. Pind.]. Iam vero num plura de Ar. interpretatione erui possit videamus. Ad v. 68 enim: ὅσοι δ' ἐτόλμασαν ἐστρὶς κτλ. cod. Vratl. A praebet hanc adnotationem: ἤτοι ἀριθμοῦ ἢ ἀντὶ τοῦ πολλάκις . . . Ergo dupliciter ἐστρίς accepere veteres. Quid Aristarchus? Supra de eodem notavimus haec: ὁ γὰρ λόγος ὡς τῶν αὐτῶν πλεονάκις ἀναβιούντων κτλ. Videtur igitur hoc loco ἐστρίς pro πολλάκις accepisse. Neque hoc abhorret ab Ar. ratione. In Homero similia deprehendis. schol. Θ, 438: τρίλλιστος· ἡ διπλῆ ὅτι τὰ τρία ἐπὶ πλήθους. τρίλλιστος οὖν πολυλιτάνευτος. schol. Ξ, 38: ὅτι ἀθρόοι ἐπὶ τῶν τριῶν, ἀρχὴ γάρ ἐστι πληθυντικοῦ ἀριθμοῦ τὰ τρία [24]). Haec doctrina Aristarchea postea pervulgata est. Apion τρίγληνα sic illustrat: πολυθέατα. cf. Lehrs. schol. Pind. p. 5. [25]).

8) Ol. II, 63: οὐ χθόνα ταράσσοντες ἐν χερὸς ἀκμᾷ
οὐ δὲ πόντιον ὕδωρ
κενεὰν παρὰ δίαιταν.

schol. Vratl. A: οὐ χθόνα ταράσσοντες τουτέστιν οὐκ ἐργαζόμενοι τὴν γῆν. χερὸς δὲ ἀκμῇ ἀντὶ τοῦ χαλκῷ νῦν, καθ' ὃ καὶ Ἀρίσταρχος. ἔνιοι δὲ χερὸς ἀκμῇ ἀντὶ τοῦ τῇ χερὸς ἀκμῇ [αἰχμῇ

---

24) Schol. E, 136 τρὶς] ὁ τρία ἀρχή ἐστιν ἀριθμοῦ non dubito Aristarcho tribuere.

25) Fortasse haud iniuria vindicabimus Aristarcho etiam eam, quae in schol. ad Ol. VIII, 37 affertur, interpretationem, ut quae in hac doctrina posita sit. Sunt enim versus hi:

γλαυκοὶ δὲ δράκοντες, ἐπεὶ κτίσθη νέον
πύργον ἐςαλλόμενοι τρεῖς, οἱ δύο μὲν κάπετον . . .
. . . εἷς δ' ἀνόρουσε βοάσαις.

schol. — προσβαλοῦντες κατὰ τὰ ἡμέτερα τείχη ἀπολοῦνται καθάπερ οἱ δύο δράκοντες, ὁ δὲ κατὰ τὸ Αἰακοῦ τείχισμα ἐλθὼν δράκων κρατήσει, τουτέστιν οἱ προςβαλοῦντες κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος, ὥστε ἀπὸ τῶν τριῶν, ἐπειδὴ τὸ τρεῖς ἀρχὴ πλήθους ἐστι, τὸ πλῆθος τῶν Ἀχαιῶν εἰς σημείωσιν ἦχθαι. Aristarchus, siquidem illius est haec explicatio, de inclito Troiano bello agi putat tresque angues de hostibus Troianorum accipi vult. Quod ineptum esse, alii [sc. Didymus] intellexere qui rem symbolice explicant ita, ut tres angues tres Aeaci posteros significent. Aiax enim et Achilles Aeacidae, filii Telamonis et Pelei, Troiam oppugnant, moritur uterque. Neoptolemus autem Aeacides, Achillis filius, Troiam expugnat.

Schn. Momms.], οἱ ἀλληγορικῶς ἀκούουσιν· οὐ χθόνα ταρ<άσσοντες> οἷον οὐ πολεμοῦντες κατὰ τὴν γῆν οὐδὲ πόντιον ὕδωρ, οἷον οὐδὲ στόλους κατ' ἀλλήλων ἐπάγοντες. κενεὰν δὲ παρὰ δίαιταν παρὰ τὰ κενεὰ αὐτῶν κρίματα. ἄμεινον δὲ Ἀρίσταρχος παρὰ τὰ μὴ πλήρη τὰ τῆς διαγωγῆς ἐκεῖ [?] οἷον εἴ τις λέγει· μὴ ἐργαζόμενος οὔτε κατὰ γῆν οὔτε κατὰ θάλατταν δι' ἔνδειαν.

Aristarchus χερὸς ἀκμὴ[26]) de instrumentis agricolae, ni fallor, accepit, ex ferro fabricatis, atque imprimis de aratro. Rettulit videlicet ad priorem sententiam ταράσσοντες χθόνα, dum ad posteriorem aliud quid supplevit. Expressisse autem sententiam eum fere his elucet: ‚beatis illis in elysio non esse tantum sudorem laboris, quantum nobis viventibus seu in agris colendis seu in mari pernavigando'. Tum vero, quamquam scholium hoc loco satis perspicuum non est, videtur δίαιταν accepisse de ratione vivendi sic, ut κενεὰ δίαιτα inops vivendi ratio sive inopia esset [δι' ἔνδειαν schol.]. Aristarchum locum perspicue et praeclare explicavisse libenter concedimus[27]). Neque tamen veteres secuti sunt. A simplici Ar. explicatione qui dissenserunt, [nempe Didymus] significari aiebant non diuturnos labores, sed potius pericula belli terra marique[28]).

---

26) Mommsenus quae in comment. critico ad firmandam coniecturam ἔγχερος ἀκμᾷ disputavit, fidem mihi non fecerunt; neque rectius Bergkius emendavit. Mihi tenendum videtur ἐν χερὸς ἀκμᾷ, quod veteres certe legerunt [falso Momms. schol. corrigit]. Non male affert Bossler [de praep. usu ap. Pind. p. 20] Aeschyl. Pers. 1060: πέπλον δ' ἔρεικε ποντίαν ἀκμῇ χερῶν. Ceterum hunc locum contra Madwigium egregie defendit Lehrs. in mus. Rhen. XXX. p. 91.

27) Latet Ar. sententia in schol. 116: διὰ τὴν κενὴν καὶ ἄπορον δίαιταν. λέγει δὲ τὴν πενίαν· οὐδὲ γὰρ [sc. ταράσσονται] παρὰ τὴν δίαιταν [correxi: τὴν αἰτίαν cod.] τὴν πενίαν. Quae in fine h. sch. sunt: παρὰ τούτοις γὰρ διατρίβουσι τοῖς τιμωρουμένοις ὑπὲρ θεῶν, οἵτινες δίκαιοι ἦσαν ζῶντες. digna praedicat Hartungus, e quibus egregia coniectura eliciatur. At corrupta sunt. Scribendum est: . . . τοῖς τιμωμένοις ὑπὸ θεῶν . . . [ὑπ˜ω ϑεν cod. U].

28) Frustulum illud, quod Gott. et Vratl. D praebent ad. v. 58 [ap. Bö. sch. 101] ταῦτα δὲ τῶν ἀσεβῶν σκάπτειν ἐν λίμναις τε πελαγίζεσθαι, scribarum neglegentia illuc ablegatum ad hunc locum transferri opus est.

9) Ol. II, 77: ὅν πατὴρ ἔχει [Κρόνος?] ἕτοιμον αὐτῷ πάρεδρον πόσις ὁ πάντων Ῥέας ὑπέρτατον ἐχοίσας θρόνον.
schol. A[29]) [apud Momms.] ὁ μὲν Ἀρίσταρχος πόσιος γράφει [ὁ πάντων deleo] καὶ τὸν Δία ἀκούει συμπότην εἶναι τοῦ Ῥαδαμάνθυος. ὁ δὲ Δίδυμος ἐπὶ τοῦ Κρόνου καθιστᾷ τὸν λόγον· ὃν ὁ πατὴρ πάντων, [correxi: Κρόνον ὀνομάσας πατὴρ πάντων cod.] ὁ Κρόνος, ἕτοιμον καὶ ἀχώριστον ἔχει πάρεδρον, πόσις ὢν Ῥέας, τῆς ὕπατον ἐχούσης θρόνον [Momms.: Κρόνον cod.] παῖς δὲ τῆς γῆς. εἰς γὰρ . . . [corr. Lehrs. et Bergk.[4]: τῆς πίστης cod.].

Aristarchi et Didymi sententiae tam perspicue oppositae sunt, nulla ut sit dubitatio, quin pro se uterque rem explicarit. De Aristarcho haec mihi constare videntur: Rettulit totam sententiam ad Iovem, qui πατήρ vocatur, Iovisque convivam Rhadamanthyn esse voluit. Hoc teneatur necesse est. Hic sensus autem ut fiat, non potest quin πάρεδρον πόσιος legerit, quae scriptura in schol. ei vindicatur. Nullo igitur pacto hoc licet aut negare aut corrigere criticoque aliud quid supponere, id quod voluerunt Lehrs. [schol. Pind. p. 11] et Bergk.[4]. Tum vero Aristarchum ita disposuisse sententias apparet, ut Iupiter filius Rheae diceretur. Quemadmodum textum loci constituerit Ar., quaestio est difficillima nec nisi incerta opinatione nisa[29]). Id tantummodo admonere volo, ne credas tam graviter Ar. errasse in emendando, ut πόσιος ὁ πάντων, quae schol. praebet, scripserit. Metrum enim loci recte intellexisse eum censeo, quum in eodem respondentis epodi versu [v. 97] bene metrum perspexisset [cf. adnot. 34]. Ergo in schol. verba ὁ πάντων, stultam interpolationem, expungi oportet. Prorsus aliter Didymus[30]) sensit. Non ad

---

29) In hoc schol. corruptissimo emendando valde laboraverunt viri doctissimi, inter quos Bö. Lehrs. Bergkius[4]. Latet error in ὀνομάσας pro quo substitui ὃν ὁ πατήρ; alterum πατήρ dittographia ortum. Pro Κρόνον Momms. coni. λόγον.

29) Commemorabo, quae Bergk. in ed. III suspicatus sit de v. 78: πόσιος, ὢν παῖς Ῥέας ὑπέρτατον ἐχοίσας θρόνον. quod si quis probat, priorem sic refingo:

ὃν πατὴρ ἔχει γᾶς ἕτοιμον αὐτῷ πάρεδρον.

30) Didymi sententiam probat paraphrasta, qui postquam de Aristarchi ac Didymi interpretatione [ὁ δὲ Δίδυμος ἐπὶ τοῦ Κρόνου καθιστᾷ

Iovem, sed ad Saturnum sententiam refert, quem filius Geae coniugemque Rheae esse vòluit. Ergo legit Didymus πόσις. Attamen Didymeum textum [31]) certe restituere fere vana opera est, quamquam fuerunt, qui in hoc labore desudaverint.

10) Ol. II, 83: πολλά μοι ὑπ' ἀγκῶνος ὠκέα βέλη
ἔνδον ἐντὶ φαρέτρας
φωνάεντα συνετοῖσιν. ἐς δὲ τὸ πᾶν ἑρμηνέων
— χατίζει.

cod. Ambros. sub lemmate φωνάντ' ἀσυνέτοισιν praebet hoc frustulum: ὁ δὲ Ἀρίσταρχος οὕτω διαγρά[φει] [32]) ... Plura e cod. Mommsen [in comm. crit.] non affert. Recte mihi exposuisse videtur Mommsen, quid Ar. voluerit. Monet vir ille doctissimus, ne lectionem φωνάντ' ἀσυνέτοισιν Ar. fuisse opinemur, *'nam scholiastes aut vulgatam divisionem Aristarcho deberi indicat, aut διαγράφει ei non dividit valet, sed perscribit. Schol. enim non de hac re sed de ἐς τὸ πᾶν agens Aristarcho tribuit interpretationem 'in vulgus', in usum vulgi cum adversarii eius — quibus Moschopulus adstipulatur — ad perfectam harum rerum, quas tracto, intelligentiam interpretarentur'*. Ar. de inter-

---

τὸν λόγον] exposuit, paraphrasin loci Didymea sententia nisam praebet. Haec paraphrasis, quam recte agnovit Lehrs. [schol. Pind. p. 11] et in Ambr. et in Rom. occurrit

Ambr.	Rom.
ὃν ὁ πατὴρ πάντων, ὁ Κρόνος, ἕτοιμον καὶ ἀχώριστον ἔχει πάρεδρον, πόσις ὢν Ῥέας, παῖς δὲ τῆς ὕπατον ἐχούσης θρόνον τῆς γῆς.	... ὅντινα Ῥαδάμανθυν ὁ πατὴρ πάντων [ὁ] Κρόνος, ὁ τῆς γῆς παῖς, ὁ ἀνὴρ τῆς τὸν ὕπατον ἐχούσης θρόνον Ῥέας, ἕτοιμον καὶ ἀχώριστον ἔχει πάρεδρον

Una eademque paraphrasis est. At in Ambr. latet error, ut videtur, quem tolles si παῖς δὲ ante τῆς γῆς posueris, ita ut sit: ... πόσις ὢν Ῥέας τῆς ὕπατον ἐχούσης θρόνον, παῖς δὲ τῆς γῆς.

31) Quae Bergk.[4] excogitavit, Didymi textum prope accedunt:
ὅν πατὴρ ἔχει παῖς ὁ Γᾶς ἕτοιμον πάρεδρον
πόσις ὁ πάντων θ' ὕπατον [corrige ὑπέρτατον] ἐχοίσας θρόνον.

In v. 77. de lectione γᾶς dubium nihil est; utrumque et γᾶς et παῖς et Aristarchum et Didymum, scilicet diversis locis, legisse censeo. Prorsus false de Aristarchi et emendatione et iuterpretatione nuper disputavit Bergk. [in adn. crit. ed. IV].

32) Adscribam, quae Vratl. A, apograph. Ambr. praebet, in quo quae in A praecesserant Ἀρ. οὕτω διαγρά(φει) ... interciderunt: τινές δὲ [fortasse Didymus] ὅτι πολλὰ ἔχων λέγειν εἰς τὸ πάντα εἰπεῖν καὶ διατίθεσθαι, προσδεῖσθαι ἑρμηνέων. ὡς Ὅμηρος [B, 488] 'πληθὺν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι'.

pretandis verbis ἐς τὸ πᾶν disputavit, ac quidem recte disputavit[33]).

11) Ol. II, 97: . . . τὸ λαλαγῆσαι θέλων κρύφον τε θέμεν ἐσλῶν καλοῖς ἔργοις.

schol. Rom.: Ἀρίσταρχος χωρὶς τοῦ ι γράφει κρύφον καὶ ἀποδίδωσι κρύψιν· ὁ κόρος κρύψιν θέλων καὶ ἀφανισμὸν θεῖναι τοῖς τῶν ἐσθλῶν καλοῖς [sc. ἔργοις] καὶ ἡ ἀντίστροφος δὲ οὕτως ἀπαιτεῖ[34]).

Aristarchus huius loci sospitator est, quum praeclare emendavit, quod veteres legerunt quodque codices nostri exhibent: κρύφιον . . . ἐσλὸν κακοῖς ἔργοις. ἐσλῶν de coniectura se scripsisse ipse dicit neque igitur dubitari licet, quin etiam καλοῖς ἔργοις ex ingenio dederit. Metro ac sensui bene[35]) succurrit. Si enim legis κρυφόν τε . . . ἐσλῶν καλοῖς ἔργοις poetam amabiliter Theronem significare apparet, quem paullo ante εὐεργέταν ἀφθονέστερον appellavit.

12) Ol. III, 1: Τυνδαρίδαις τε φιλοξείνοις ἁδεῖν καλλιπλοκάμῳ θ' Ἑλένᾳ κλεινὰν Ἀκράγαντα γεραίρων εὔχομαι.

Rom. et Vratisl. A scholia praebent, quae ex eodem uberiore fonte fluxerunt:

Rom. (Vat. B)	Vratl. A (Ambros.)
ζητεῖται διὰ τί μὴ Διὶ εὔξατο ᾧ οὗτος ὁ ἀγὼν ἀνάκειται, ἢ Ἡρακλεῖ τῷ καταβολεῖ, ἀλλὰ Διοσκούροις. φαμὲν οὖν πρῶ-	ζητεῖται τί δή ποτε ὁ Πίνδαρος Ὀλυμπικὸν ὕμνον γράφων εὔχεται τοῖς Διοσκούροις προσηνεῖς τῇ ᾠδῇ γενέσθαι. ἐχρῆν γάρ,

33) Iterum occurrit sententia in schol. Vratl. A: ἡ λέξις ἐνίοις λέγεται τοῦ ι ἀρσενικῶς. ὃ δὲ βούλεται λέγειν ἔστι τοιοῦτον· τοῖς τῶν καλῶν ἀνδρῶν ἀγαθοῖς ἔργοις ἀφανισμὸν θέλων κατασκευάσαι.

34) Adnotationem καὶ ἡ ἀντίστροφος δὲ οὕτως ἀπαιτεῖ ab Ar. profectam esse mihi probabile est. In schol. Nem. I, 94 idem est, ubi integra Ar. verba sunt haec: ᾳ' καὶ ἀντίστροφος ἀπῄτει τὸ υ.' Ergo metrum huius versus recte perspexit Ar.

35) Ar. praeclaram emendationem recipere Mommsenus non dubitavit. Tamen inter recentes criticos fuerunt, qui novis coniecturis locum lacesserent. Quaecunque autem Maur. Schmidt [Olymp. Siegesges. p. 141] et Hartungus et Bergkius⁴ coniectando effecerunt, non sunt aut utilia aut pulchra.

τον, ὡς τὸ παρόν εἰσιν αὐτοὶ οἱ διοικοῦντες· τὸν ἀγῶνα, ἔπειτα ὅτι [ὅ τε cod.: correxi] Ζεὺς καὶ Ἡρακλῆς . . . [hic nonnulla excidisse mihi videntur.] ὁ δὲ Ἀρίσταρχός φησι παρὰ τοῖς Ἀκραγαντίνοις διὰ τιμῆς εἶναι τοὺς Διοσκούρους καὶ πατρίῳ ἔθει καὶ νῦν αὐτοὺς [cod. αὐτὸν: corr. Bö] χρῆσθαι, ὁ δὲ Δίδυμος ἱστορικώτερον λέγει καί φησι διὰ τὸ τὸν Θήρωνα ἄνωθεν Ἀργεῖον εἶναι. τιμῶνται δὲ κατὰ τὸ Ἄργος καὶ τὴν Πελοπόννησον οἱ Διόσκουροι.

εἴπερ ἄρα, [Bö. falso εἴπερ delet] Ἡρακλέα τὸν διαθέντα τὸν ἀγῶνα κατακαλεῖσθαι. Ἀρίσταρχος μὲν οὖν τὴν ἀπορίαν διαλύων τοὺς θεοὺς σφόδρα ἐν Ἀκράγαντι φησι τιμᾶσθαι. οἱ δέ φασι Θεοξενίων ὄντων καὶ κεκλημένων τῶν Διοσκούρων εἰς τὰ Θεοξένια, τὸν Θήρωνα νικῆσαι, ᾧ συγχρησάμενον τὸν Πίνδαρον εὔχεσθαι τοῖς Διοσκούροις. οἱ δὲ ὅτι Ἡρακλῆς ἀποθεούμενος τούτοις ἐπέτρεψε τὸν ἀγῶνα ὡς καὶ αὐτὸς Πίνδαρός φησι. (v. 36) τῇ Ἀρισταρχείῳ ἀποδόσει ὁ Δίδυμος μᾶλλον προςτίθεται.

Aristarchus nodum simplicissime dissecandum putavit: invocasse poetam Castores et Helenam [haec semper, utpote soror, comes illorum fingitur cf. Preller myth. gr. I p. 211 ssq.] quod ex pristino more Agrigenti in honore essent. Videtur Ar. hanc interpretationem historicis haud consultis excogitavisse, quam ob causam nescio an rem quae non fuit, commentus sit. Didymus enim male doctum, ut solet, refutans [ἱστορικώτερον λέγει] aliam causam certis testimoniis nisam circumspexit. Fortasse aut ex Pindari carmine Nem. X, 50 aut aliunde [fort. ex Sophocle cf. Soph. fragm. 869. N.] intellexerat, Theronis maiores Argis habitasse, ubi Castores in honore fuissent[36]). Hinc suam sententiam conformavit. Uterque interpres ad cultum Castorum causam in universum refert. Alii demum certum diem festum dici putant scilicet Theoxeniorum: hoc enim die aiunt vel vicisse Theronem vel nuntium victoriae accepisse cf. schol. Rectam viam monstrat versus 34 unde luce clarius fit carmen diei festo celebrando, cui Castores aderant, scriptum fuisse; ac recte Theoxenia[37]) esse recentes interpretes statuerunt.

36) cf. schol. Pyth. I, 126. . . . ἀλλὰ ῥητέον ὅτι ἱστοροῦσί τινες τοὺς Διοσκούρους μετῳκηκέναι εἰς Ἄργος.

37) De Theoxeniis bene disputavit praeter Boeckhium et Thierschium [acta academ. Monac. vol. I.] Deneken [dissert. Berol. 1882].

13) Ol. III, 9 (γεγωνεῖν). schol. Vratl. A: τὸ δὲ γεγωνεῖν οἱ μὲν ἀπὸ τῆς γεγωνώς μετοχῆς βαρύτονον Αἰολικῶς κλίναντες γεγώνειν, ὡς ἀκούειν γινώσκειν ἐκφέρουσι· εἰσὶ δὲ οἱ ἀπὸ τοῦ γεγωνέω σχηματίζουσιν, ὥστε δεῖν περισπᾶν· τὸ ἀπαρέμφατον ἐνεστὼς ἀντὶ συντελικοῦ φασι παρειλῆφθαι τὸ γεγωνεῖν. Posterior sententia nescio an Aristarcho debeatur, quem γεγωνεῖν legisse probabile est. In Homero enim itidem fecit cf. schol. M, 337: γεγωνεῖν: ὁ Ἀσκαλωνίτης βαρύνει ὡς ἀνύειν, Ἀρίσταρχος περισπᾷ ὡς φιλεῖν. Quodsi scholiasta de infinitivo praesentis pro perfecti posito adnotavit, idem ab Aristarcho profectum suspicor, quem tale quid in Homero adnotasse saepius constat cf. Friedl. Ariston. p. 4. Ceterum hoc frustulum valde corruptum esse dolendum.

14) Ol. III, 23: ἀλλ' οὐ καλὰ δένδρ' ἔθαλλεν χῶρος ἐν βάσσαις Κρονίου Πέλοπος.

schol. Vratl. A: Ἀρίσταρχος[38]) χῶρος ὁ ἐν Κρονίου βήσαις Πέλοπος, λόφος δέ ἐστιν ἐν Ὀλυμπίᾳ, ὁ καλούμενος Κρόνιος. τινὲς δὲ Κρονίου Πέλοπος, ὅτι Πλουτῷ θυγάτηρ Κρόνου ἐγένετο, ᾗ συγκοιμηθεὶς ὁ [Ζεὺς ἐγέννησε Τάνταλον, ὁ δὲ] Τάνταλος ἔσχε Πέλοπα.

Aristarchus non de patronymico accipit Κρονίου, [ita ut coniungi oporteat cum Πέλοπος] sed de colle Κρόνιος qui est prope Olympiam [cf. Curt. Pelop. II. p. 501]. Fortasse id voluit ob conexum sententiarum. Poeta enim vult dicere Olympiae defecisse arbores. hoc verbis ἐν βάσσαισι Κρονίου, qui locus Pelopis est, bene exprimitur[39]). Imprimis autem

---

38) Occurrit Aristarchi sententia in schol. Rom.: ἤτοι ἀπὸ Κρόνου εἶχε τὸ γένος ὁ Πέλοψ. Πλουτὼ γὰρ θυγάτηρ Κρόνου ἦν, Τάνταλος ὁ πατὴρ Πέλοπος . . . ἢ ἁπλούστερον οὕτως, ὅτι ὁ χῶρος τοῦ Πέλοπος ὁ ἐν ταῖς βήσσαις τοῦ Κρονίου οὐδέπω εἶχε φυτόν. Κρόνιον δὲ ὄρος πλησίον. Cum utrumque scholium ex eodem fonte fluxerit, discrepantia quae est de Tantalo in utroque, non nisi excerptoris alterius neglegentia orta est. Quamobrem in scholio Vratl. A verba uncis inclusa interposui, ut res lucida sit ac dissensio tollatur.

39) Praeterea poeta num Pelopem eo patronymico appellaturus fuerit, quod solis Saturni filiis tribui soleat, potest dubitari.

G. Hermann [in cens. Diss. Pind. op. VI, 67] addit, si Pindarus patronymicum ponere voluisset, genetivum Κρονίδα scripturum fuisse metro optime congruentem. Id vero eodem iure Ol. VI, 61 ponere licet. Ergo haec momenti non sunt.

dubitasse mihi videtur Aristarchus, num omnino Κρόνιος de patronymico accipi posset, non quod forma inaudita esset [habes similes formas in Homero: Τεῦκρος Τελαμώνιος Λ 563, Ποιάντιος υἱὸς γ 190] sed quia fortasse nisi de illo colle non usurpari hoc vocabulum exstimavit, praesertim quum Κρονίδης et Κρονίων patronymica in usu essent. Quam suspicionem habeo quae confirmare videantur. Praeter enim nostrum locum ter illa vox occurrit in Pindaro: Ol. II, 12: ἀλλ' ὦ Κρόνιε παῖ Ῥεᾶς . . . Ad quem locum schol. Vratisl. A sic adnotat: οὐ πατρωνυμικὸν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ λόφου. plus lucis praebet schol. Byzantinus, qui vetera schol. exscribit: ἀλλ' ὦ Ζεῦ ἐν τῷ Κρονίῳ λόφῳ τιμώμενε, παῖ Ῥέας. Haec adnotatio ab Aristarcho quin sit profecta, non dubitaverim. Ne hoc quoque loco patronymicum statueret, rem torte explicavit. Duobus aliis locis Ol. VI, 29, Nem. VI, 61 res de Κρόνιος aeque se habet. De adiectivo enim Κρόνιος accepisse Ar. probabile est, quod supplendum esset ad vocabulum Ζεύς: Ζεύς Κρόνιος, id est Iupiter, qui in Cronio colle colitur[40]. In qua re nescio an de hoc vocabulo perinde iudicarit atque de Ὀρθωσία [Ol. III, 30] scilicet Ἄρτεμις Ὀρθωσία; confirmat hoc schol.: Ὀρθωσία ἡ Ἄρτεμις παρὰ τὸ Ὀρθώσιον, ὅπερ ἐστὶν ὄρος Ἀρκαδίας. schol. rec. ibidem: Ὀρθωσίᾳ τῇ ἐν Ὀρθωσίᾳ ὄρει Ἀρκαδίας τιμωμένῃ Ἀρτέμιδι. Haec Aristarchum redolent, ad quem adnotatio fortasse referenda est. Alii deam Ὀρθίαν ab Orthia monte nominant. Attamen haec adiectiva inaudita esse abunde constat.

15) Ol. III, 25: δὴ τότ' ἐς γαῖαν πορεύεν θυμὸς ὥρμα
Ἰστρίαν νιν. ἔνθα Λατοῦς ἱπποσόα θυγάτηρ
δέξατ' ἐλθόντ' . . .

schol. Ambr. [apud Sybel p. 13] εἰς τὴν Σκυθίαν ὁ θυμὸς αὐτὸν παρώρμησεν. Ἀρίσταρχος· εἰς τὴν γῆν ἐλθεῖν, ὅπου αὐτὸν ἡ Ἰστρία Ἄρτεμις ὑπεδέξατο. δηλοῖ δὲ πάλιν τὴν εἰς Ὑπερβορέους ἐπὶ τὰς τοῦ Ἴστρου πηγὰς ἄφιξιν.

---

40) Fortasse Ar. ob oculos versabatur etiam Od. ω, 1, ubi hoc schol. habes: Κυλλήνιος] ὁ τιμώμενος ἐν Κυλλήνῃ· ἔστι δὲ ὄρος Ἀρκαδίας. Haec adnotatio certe ab Ar. profecta est; alii in hac re dissenserunt. At Κυλλήνιος adiectiv. [scilicet Ἑρμῆς Κυλλήνιος] a Κυλλήνη formatum iustior est forma quam Κρόνιος et Ὀρθωσία formata a Κρόνιος et Ὀρθώσιον.

ἐκεῖ γὰρ οὕτως τιμᾶται ἡ Ἄρτεμις ὑπὸ Ταύρων τοῦ Σκυθικοῦ ἔθνους[41]). ἔνιοι δὲ καὶ δύο νν γράφουσι καὶ τὸν λόγον ἀπευθύνουσιν οὕτω· τότε δὴ ὁ θυμὸς παρώρμησε τὸν Ἡρακλέα ἐπὶ τὴν Ἰστρίαν γῆν πορεύεσθαι.

Habes frustulum ex Ar. commentario servatum. Primum ex his concludere licet [cf. Momms. comm. cr. Bergk.[4]] Ar. legisse sic: . . . θυμὸς ὥρμαιν'. Ἰστρία νιν ἔνθα Λατοῦς ἱπποσόα θυγάτηρ . . . Ar. igitur Ἰστρία non ad regionem, sed ad Dianam deam refert, quam quum a Tauris, gente Scythica ad Istrum habitante, coleretur, Ἰστρία vocari existimavit. At rem, quae non fuit, commentus est. Tauri enim incolunt Chersonnesum, quam Tauricam vocant [cf. Herod. IV, 99, 102, 119]. Tum vero nihil aliud est, quod Ar. coniecturam confirmet. Immo et substantivum γαῖαν necessario attributivam quandam copulationem desiderat et ὥρμα obiectivum. Praeter haec addendum Aristarchum πορεύεν intransitiva significatione accepisse, qua in re reliqui veteres interpretes secuti videntur esse. [cf. schol.: . . . ἐπὶ τὴν γῆν πορεύεσθαι. schol. Rom. 45: διὰ τοῦτο παραγενέσθαι προεθυμήθη][42]).

16) Ol. III, 37 . . . ἀρετᾶς πέρι καὶ ῥιμφαρμάτου || διφρηλασίας. schol. Vratl. A: Ἀρίσταρχος παρὰ τὴν ῥίψιν φησὶ γεγονέναι τὸ ῥίμφα. [ρμάτου] σημαίνει δὲ ἡ λέξις τὴν ταχεῖαν φοράν.

Aristarchus veriloquium vocis ῥίμφα ducit a ῥίπτειν, qua lectione celeritas indicatur. Recte de hoc loco disputavit Bergk.[4] [in adn. cr.]: *Lehrs. [schol. Pind. p. 9] insignem scri-*

---

41) Ex eodem uberiore fonte fluxerunt, quae praebet schol. Rom.: ἐὰν διὰ τῶν δύο νν Ἰστρίαν νιν, τὴν Σκυθίαν ἀκουστέον. ἐὰν δὲ διὰ τοῦ ἑνὸς . . . [lacunam posui] ἔνθα [add. Vrt. D] ἡ Ἰστρία Ἄρτεμις αὐτὸν τὸν Ἡρακλέα ὑπεδέξατο'. Ἰστρία δὲ ἡ Ἄρτεμις ἤτοι ἀπὸ τοῦ Ἴστρου, ὃν περιοικοῦσιν [corr. Bö: cod. ὅνπερ τιμῶσιν] οἱ Ἀμάζονες, αἳ τιμῶσι μάλιστα τὴν θεὸν ἢ ἀπὸ Ταύρων ἔθνους Σκυθικοῦ περιοικοῦντος τὸν Ἴστρον, παρ' οἷς ὁμοίως τιμᾶται ἡ Ἄρτεμις.

Ante verba εἰς τὴν γῆν ἐλθεῖν supplenda sunt fere haec: παρώρμησε αὐτὸν ὁ θυμός.

42) Paullulum ab Ar. discessere ii, qui fortasse commentum Ar. aspernati Ἰστρία referri voluerunt ad Dianam quam Amazones ad Istrum habitantes colunt.

Aristarchi coniecturam recte alii reprobaverunt locumque ita, ut nunc codices exhibent, constituerunt.

pturae varietatem ῥιψαρμάτου *sibi videtur deprehendisse ac Mommseno opprobrio vertit, quod hoc adnotare neglexerit. atqui* ῥιψαρμάτου διφρηλασίας[43]) *plane ineptum Aristarchoque indignum commentum esse ipse Lehrs. largitur. Sed vana haec de lectionis diversitate suspicio omnino abiicienda, scilicet scripsit schol.* τὸ ῥίμφα *Aristarchi de veriloquio huius voculae decretum exponens, sed librarius proclivi errore* ῥίμφα[ρμάτου] *substituit.*

Idem Be. conferri iubet Etym. Magn. 704, 18: ῥίμφα, σημαίνει τὸ ταχέως παρὰ τὸ ῥίπτειν ἑαυτὸν διὰ τάχος. ὡς παρὰ τὸ κρύπτειν κρύφα, οὕτω παρὰ τὸ ῥίπτειν ῥίφα καὶ πλεονασμῷ τοῦ μ ῥίμφα.

16) Ol. V, 1: ὑψηλᾶν ἀρετᾶν καὶ στεφάνων ἄωτον γλυκὺν τῶν Οὐλυμπίᾳ, Ὠκεανοῦ θύγατερ. καρδίᾳ γελανεῖ ἀκαμαντόποδός τ' ἀπήνας δέκευ Ψαύμιός τε δῶρα. ὃς τὰν σὰν πόλιν αὔξων, Καμάρινα, λαότροφον || βωμοὺς ἐγέραιρεν.

schol. Rom.: Ἀρίσταρχος δὲ ἀκούει Ὠκεανοῦ θυγατέρα Καμάριναν τὴν λίμνην, ἀφ' ἧς καὶ τὴν πόλιν ὠνομάσθαι. Ἀρτέμων δὲ πρὸς τὴν Ἀρέθουσαν τὸν λόγον εἶναί φησιν, αὕτη δὲ ἐν Συρακούσαις κρήνη [ὑποτέτακται δὲ ἡ Καμάρινα ταῖς Συρακούσαις add. Vratl. D] ἔχει δὲ ἡ Ἀρέθουσα καὶ πᾶσα Κρήνη τὰς πηγὰς ἀπ' Ὠκεανοῦ. βέλτιον δὲ ὡς Ἀρίσταρχος.

Aristarchus poetam, quum dicit Ὠκεανοῦ θύγατερ, de Camarina lacu loqui, recte intellexit. Oceani enim filia nominatur, utpote cuius nympha filia Oceani sit. Legit igitur vocativum Καμάρινα; Artemo autem Καμάριναν, quae lectio falsa post Ar. in codices intrusa videtur quamque nostra manuscripta exhibent. Quare noli adeo vituperare historicum, quod tam perverse de hoc loco disputavit. Vulgata enim scriptura nisus rem ad Arethusam rettulit, quam ideo Oceani filiam aiebat esse, quod esset unusquisque fons. Arethusa autem cum Syracusas significet, quaeritur, quemadmodum verba poetae explicarit Artemon τὰν σὰν πόλιν Καμάριναν, quibus rationem aliquam intercedere inter Syracusas et Camarinam elucet. Potuit Camarina urbs Arethusae, id est Syracusarum appellari, quod primis a Syracusanis condita esset[44]).

43) Occurrit ῥιμφάρματος iterum apud Soph. Oed. Col. 1062.
44) cf. Thucyd. VI, 5. schol. Ol. V, 16. Strabo VI, 176.

Aliam viam monstrat frustulum schol. Vratl. D: ὑποτέτακται δὲ ἡ Καμάρινα ταῖς Συρακ. Si hoc Artemon voluit, erravit. quo enim tempore hoc carmen canebatur, Camarina sub potestate Syracus. non erat, sed eversa olim a Gelone restaurari coepta est, id quod infra comprobabo [45]).

17) Ol. V, 10: ἀείδει [sc. Ψαῦμις] μὲν ἄλσος ἁγνὸν
τὸ τεόν, ποταμόν τε Ὤανιν, ἐγχωρίαν τε λίμναν,
καὶ σεμνοὺς ὀχετούς, Ἵππαρις οἷσιν ἄρδει στρατόν,
κολλᾷ τε σταδίων θαλάμων ταχέως ὑψίγυιον ἄλσος
ὑπ' ἀμαχανίας ἄγων ἐς φάος τόνδε δᾶμον ἀστῶν.

schol. Rom.: καὶ ὁ μὲν Ἀρίσταρχος βούλεται οὕτω· θαλάμων κατασκευὰς τὸν Ἵππαριν τῇ Καμαρίνῃ παρέχειν· φησὶ γὰρ ὅτι διὰ μέσης ῥέων τῆς Καμαρίνης τῇ πλημμυρίᾳ ἀναπλάσσει γῆν, ἀφ' ἧς πλινθεύοντες οἱ Καμαριναῖοι οἰκοδομοῦσιν τὰς οἰκίας. προςπλάσσει δὲ γῆν ὡς ὁ Ἀχελῶος ταῖς Ἐχινάσι καὶ ὁ Νεῖλος τῇ Αἰγύπτῳ [46]).

---

45) Insequens scholium, quod praebet Rom., corruptissimum reliquit Boeckhius nec, quod pro Αμφοτέρης proposuit Ἀμφιτρίτης, satisfacit. Ego schol. sic emendarim: οἱ μὲν οὖν φασιν, ὅτι τῇ πόλει τὸ ὄνομα ἐτέθη ἀπό τινος γῆς [correxi: οὔσης cod.] νύμφης, οἱ δὲ ἔκ τινος Ὠκεανοῦ θυγατρὸς. ἀμφοτέρως Ἡσίοδος [corr.: θυγατρός Ἀμφοτέρης, ὡς Ησίοδος cod.] ‚τρίς γὰρ μυρίαι εἰσι τανύσφυροι Ὠκεανῖναι (Theog. 364). Viam emendandi patefecerunt ipsi Hesiodi versus sequentes: αἵ ῥα πολυσπερέες γαῖαν καὶ βένθεα λίμνης.
πάντῃ ὁμῶς ἐφέπουσιν'.

Scholiasta enim sic exponit: ‚alii Camarinam nomen accepisse putant a nympha quadam terrae, alii ex Oceani filia quadam [quae Ar. est sententia]. Utrumque docet Hesiodus qui nymphas et terram et aquas habitantes facit'.

46) Aristarchi sententiam in duabus aliis recensionibus servatam deprehendimus,

Vratisl. A. (Ambr).	Rom. (Vat. B).
Ἀρίσταρχος παριέναι φησι τὸν Ἵππαριν τὴν πόλιν καὶ προςχέοντα συναναπλάσσειν αὐτῇ γῆν. τοῦτο δέ φησι Δίδυμος ἀμάρτυρον εἶναι. οὐ γὰρ ἱστορεῖται περὶ τὸν Ἵππαριν καὶ τὴν Καμάριναν τοῦτο γενόμενον.	Ἀρίσταρχός φησιν ἰλὺν καταφέρειν τὸν Ἵππαριν ὡς καὶ τὸν Νεῖλον, ἐκ δὲ τῆς ἰλύος κατασκευάζεσθαί φησιν ἄλση. . . . κυρίως γὰρ ἀκούεσθαι τὰ ἄλση· οὐκ ἔστι δέ, ἀλλ' ὑψίγυια ἄλση τοὺς οἴκους φησὶ [sc. Πινδ.] παρὰ τὸ ἑστάναι ὡς τὰ ἄλση. Ante κυρίως lacunam statui. quo enim sequentia spectant? Quam explere fort. possumus e schol.

ὁ δὲ Δίδυμος οὐ τοῦτο βούλεται. οὐ γάρ φησι τοσοῦτον πλημμυρεῖν ὡς δύνασθαι τῇ νεωστὶ κατασκευασθείσῃ πόλει τοσοῦτον παρασχεῖν πηλὸν πρὸς πλινθοποιίαν, ἀλλὰ τοῦτο φησὶ ὅτι ὁ ποταμός διὰ μέσης τῆς ὕλης ῥεῖ, εἶτα κοπτόντων τῶν Καμαριναίων τὰ ξύλα εἰς κατασκευὴν τῶν οἰκημάτων, ἀμηχανούντων δὲ πρὸς τὴν καταγωγὴν ὑποδέχεσθαι καὶ τῷ πολλῷ ῥεύματι κατάγειν εἰς τὴν πόλιν.

Rursus Ar. malum historicum deprehendimus. Commentus est rem, incuriosus, illane revera sic se habeat. Itaque a Didymo et vituperatus et refutatus est[47]), qui si non recte, at melius locum explicavit; Hipparim medias per arbores fluere intelleges ex descriptionibus Siciliae. [cf. Holm. hist. Sicil. I. p. 30]. Attamen omnino false veteres senserunt. Erraverunt enim in eo, quod v. 13 ad Hipparim rettulerunt. Nam rem si grammatice perpenderis, particulae <ἀείδει> μὲν ut altera δὲ vel τε respondeat, certe postulabis. Id recte Hartung. et Bergk. posuerunt. Quod ubi probaris et apodosin in v. 13 κολλᾷ τε statueris, res ad Psaumidem referenda erit, de quo hoc loco poeta loquitur. Iam vero verba κολλᾷ τε κτλ. nonne Psaumidem aedificatorem urbis faciunt? At Boeckhius, quod in v. 8 Camarina νέοικος ἕδρα appellatur, nisus Diodoro [XI, 76] Camarinam, antea eversam, Ol. 79, 4 restauratam censet negans tam magnum esse intervallum inter Ol. 79, 4 et Ol. 82, quo anno haec oda docta est [cf. schol.]. Iam si Ol. 79, 4 acceperis, qui appellari potest Psaumis aedificator urbis? praetereaque octo annis peractis num urbs νέοικος ἕδρα recte appellari possit, dubitare licet. Mihi videtur e v. 13, 14 elucere in exstruenda urbe tum temporis Camarinenses occu-

---

rec. 27, ubi haec: ἢ ὑψίγυιον ἄλσος λέγε ἀντὶ τοῦ ὑψηλὰ καὶ μεγάλα ξύλα. Exscripsit Byz. illud schol. in quo de utraque voculae ἄλσος vi agebatur. Ergo sic fere explenda videtur lacuna: ὑψίγυιον ἄλσος τὰ μεγάλα καὶ ὑψηλὰ ξύλα λέγει. κυρίως γὰρ <δεῖ> ἀκούεσθαι τὰ ἄλση. οὐκ κτλ.

47) Similiter erravit Ar., ubi de Sellei fluvio in comment. Homer. disputavit. Duos enim huius nominis fluvios esse statuit in Asia alterum, alterum in Thesprotia. Quod refutavit Demetrius Scepsius. cf. Gaede „Demetr. Sceps. quae supersunt.“ Gryph. 1880. p. 5.

patos fuisse a Psaumide in laboribus opibus liberalissime adiutos. Haec si sumis, elegantior fit sensus ac facilior plusque coloris accipit vox νέοικος ἕδρα. Ne dubites, insuper ex scholiis id comprobare posse mihi videor. Proficiscar e schol. 19, cuius duas ex eodem fonte ortas habemus recensiones:

schol. Vratl. A (Ambr.)

νέοικον εἶπεν ἕδραν τὴν Καμάριναν ὁ Πίνδαρος. σαφηνίζεται ὁ Τίμαιος ἐν τῇ ... δεκάτῃ[48]). εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ Καμαριναῖοι οἳ ὑπὸ τοῦ Γέλωνος τυράννου ἀνῃρέθησαν, εἶτα ὑπὸ Γέλωνος [l. Γελῴων] συνῳκίσθησαν ἐπὶ τῆς ... Ὀλυμπιάδος. ἡ δὲ ἅλωσις ἐγένετο κατὰ τὴν Δαρείου τοῦ Πέρσου διάβασιν.

schol. Rom. (Vat. B)

Καμάρινα [cod. falso Ιπποκράτης: corr. Bö] ὑπὸ <Γέλωνος> τοῦ τῶν Γελῴων τυράννου ἀνῃρέθη, εἶτα ὑπὸ Γέλωνος [l. Γελῴων] συνῳκίσθη ἡ Καμάρινα κατὰ τὴν μβ Ὀλυμπιάδα [Bö. corr. οθ] ὥς φησι Τίμαιος. διὸ καὶ νέοικον ἕδραν εἶπε τὴν πόλιν. ἡ δὲ ἅλωσις αὐτῆς ἐγένετο κατὰ τὴν Δαρείου τοῦ Ὑστάσπου στρατείαν.

In pristino scholio scholiasta Timaei testimonio usus accurate de Camarina eversa ac restaurata docuisse videtur. Dolendum est in priore recensione excidisse annum, quo Camar. a Gelois restituta est, in altera corruptum esse. Boeckhius Diodorum secutus pro μβ = 42 reposuit satis audacter οθ = 79, 4. Tu vero velim auxilium petas e schol. 16, quod fere verbo tenus, ut solet, schol. Byzantinus exscripsit.

schol. vet. 16.

κτίζεται μὲν γὰρ ἡ Καμάρινα τεσσαρακοστῇ Ὀλυμπ. [cf. Thuc. VI, 5] ἐπικρατησάντων δὲ τῶν Συρακουσίων, πορθεῖται τῇ νζ Ολυμπ. εἶτα ἐν τῇ πε (?) Ὀλυμπιάδι τῷ μεταξὺ χρόνῳ καθ' ὃν

schol. rec. 16.

νέοικον ἕδραν λέγει τὴν Καμάριναν, ἐπειδὴ ἐν τῇ τεσσαρακοστῇ πέμπτῃ ὀλυμπιάδι καταρχὰς κτισθεῖσα ἐν τῇ πεντηκοστῇ ἑβδόμῃ [νζ] ὑπὸ Συρακουσίων ἐπικρατησάντων τοὺς αὐτὴν ἔχοντας

48) Ante δεκάτῃ lacunam posui. Quae enim Ol. 82, ut videbimus, acciderant, decimo libro Timaeus non narravit. cf. Müller [frg. hist. gr. I. p. LIII]. Namque in libro decimo quarto ille recte ostendit Timaeum de victoria Gelonis et Theronis ad Himeram, quae fuit Ol. 75, 1, locutum esse. Quam ob rem parvulum quid ante δεκάτῃ excidit; quale quidem est hoc < ὀκτὼ καὶ > δεκάτῃ. Ceterum Muellerum hoc fragmentum Timaei non recepisse miror. Alteram recensionem, quam praebet Rom., quarto decimo libro Timaei Muellerus vindicat; quod corrigatur opus est.

ἐνίκησεν ὁ Ψαῦμις ἀνακτίζεται. εἰκότως οὖν αὐτὴν νέοικον ὀνομάζει.	κατέστραπτο. εἶτα δὲ ἐν τῇ ὀγδοηκοστῷ δευτέρῳ [πβ] Ὀλυμπ. μεταξὺ τοῦ χρόνου, καθ' ὃν Ψαῦμις ἐνίκησεν, ἀνεκτίσθη.

Vides, quemadmodum concinant. At in schol. vet. πε videlicet corruptum est, pro quo apud Byz. reperies ὀγδοηκοστῷ δευτέρῳ = πβ. Ergo in schol. vet. reponere non dubito πβ. Ut vero ad superiora scholia redeamus, et in lacuna πβ restituendum esse et pro corrupto numero μβ in Romana idem scribendum esse neminem latere potest. Quid vero lucrati sumus? Timaei testimonio nisus Camarinam Ol. 82 [πβ] medio tempore, quo Psaumis vicerat [μεταξὺ τοῦ χρόνου κτλ.] restauratum esse scholiasta docet. Quod testimonium Diodori praeferre haud dubito. Siquidem tibi haec probavi, locus fit luculentior scholiastaeque applaudes adnotanti: εἰκότως οὖν αὐτὴν νέοικον ὀνομάζει [49]).

18) Ol. V, 23: ὑγίεντα δ' εἴ τις ὄλβον ἄρδει κτλ.
schol. Vratl. A: ὁ μὲν Ἀρίσταρχος ἀναγινώσκει ὀξύτονον τὴν παραλήγουσαν ἀντὶ τοῦ ὑγιαίνοντα. τινὲς δὲ ὡς χαρίεντα.

Aristarchus scripsit ὑγιέντα formans a participio ὑγιείς nempe a verbo quodam, cf. schol.: ἀντὶ τοῦ ὑγιαίνοντα. Finxit igitur mirifice verbum, quod numquam fuit. Alii vero ex analogia adiectivorum in εις. exeuntium ὑγίεντα scripserunt, quam formam probat Herodian. [Lentz. p. 619]. Bergk. conicit ὑγιῆντα. Quid verum sit nequit diiudicari.

Ol. VI, 15: ἑπτὰ δ' ἔπειτα πυρᾶν νεκρῶν τελεσθέντων Ταλαϊονίδας
εἶπεν ἐν Θήβαισι τοιοῦτόν τι ἔπος· Ποθέω στρατιᾶς κτλ.

---

49) De loco Pindari addam praeter duplicem voculae ἄλσος explicationem tertiam fuisse apud veteres positam in varia lectione. schol. 25: ποταμὸς ἐν Καμαρίνῃ Ὤανις· τοὺς δὲ ἱεροὺς ποταμοὺς ἄλση εἰώθασι λέγειν, quae adnotatio pertinet ad. v. 11, ubi nos ἄλσος de sacrario Minervae accipimus. Hic vero schol. ad Oanim rettulit scilicet sacrum Minervae esse putans. Quodsi recte se habet, eundem locum eum sic legisse omnino necesse est: ἀείδει μὲν ἄλσος ἁγνὸν τό τεὸν τὸν Ὤανιν ἐγχωρίαν τε λίμνην.

schol. Vratl. A: τῶν διαβεβοημένων ἔστι καὶ τοῦτο, πῶς ἑπτὰ φησι γενέσθαι πυρὰς τῶν ἑπτὰ ἐπιστρατευσάντων καὶ οὐ πάντων καέντων. Ἀμφιάραος μὲν κατεπόθη σὺν τοῖς ἵπποις ἐν Ὠρωπῷ, Πολυνείκης δὲ οὐκ ἐτάφη. ἄταφος γὰρ ἔμεινεν. Ἄδραστος δὲ ζῶν εἰς Ἄργος ἀπῆλθεν. καταλείπονται δὲ Τυδεύς, Καπανεύς, Παρθενοπαῖος, Ἱππομέδων. ὁ μὲν οὖν Ἀρίσταρχός φησιν ὅτι ἰδιάζει καὶ ἐν τούτοις ὁ Πίνδαρος ὡς καὶ ἐν ἄλλοις. ὁ δὲ Ἀριστόδημός φησιν τὰς ἑπτὰ πυρὰς <εἶναι τῶν στρατιωτῶν τῶν ins. Bö> ἀπολομένων. οὕτω καὶ . . .

Καὶ Ἁρμονίδης[50]) [l. Ἀρμενίδης] γράφει. καὶ πυρὰς ποιοῦντες ἑπτὰ ἐπὶ τοῖς ἕρμασιν ἐνταῦθα ὅπου καλοῦνται ἑπτὰ πυραὶ ἢ ἀπὸ τῶν ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις ἢ ἀπὸ τῶν ἑπτὰ παίδων Νιόβης ἐκεῖ καυθέντων (ἀπὸ τῶν ιδ' χωρισθεισῶν τῶν συζυγιῶν. haec explicant ultima verba Armenidis ἀπὸ τῶν ἑπτὰ κτε.)

Aristarchus rem leviter tantummodo attigit, quum dicit proprio modo[51]) mythum narrare poetam, qui repugnet traditioni. Hoc satisfacere nullo pacto potuit. Qua de re Aristodemus Aristarcheus septem illos rogos ad septem cohortes referendos non male contendit[52]). Nec tamen hoc probabile est,

---

50) Inde ab καὶ Ἀρμενίδης novam sententiam excipi puto. Ubi lacunam posui cod. praebet Ἱππομέδων errore e praecedenti ortum. Quo loco cuius scriptoris nomen reponendum sit, nescio. Bergk.[4] suspicatur fuisse: Ἱππίας καὶ Ἀρμενίδης γράφει κτλ.

51) Aristarchus adnotasse dicitur et hoc loco et aliis Pindarum proprie mythos narrare [ἰδιάζειν] ita ut ab aliis poetis discedat. Eius modi locis eum de hac proprietate disseruisse probabile est; nescio igitur an lateant Aristarcheae adnotationes inter alia sub his scholiis: [Pyth. 81]: ἰδίως δέ ἐστι καὶ ἐνταῦθα ὁ Πίνδαρος μετὰ τοῦ θέρους καὶ τὴν ψυχὴν τοῦ Φρίξου κελεύων Ἰάσονι ἐκ τῆς Αἴας ἀνακομίσασθαι. ἐπὶ γὰρ τούτῳ μηνίειν τοὺς χθονίους δαίμονας, τῶν ἄλλων ἐπὶ μόνην τὴν κομιδὴν τοῦ δέρους αὐτὸν ἐκπεμφθῆναι λεγόντων schol. Py. IV, 447: καινῶς δὲ ὁ Πίνδαρος εἰς ταῦτα τὰ πελάγη ἱστορεῖ πεπλανῆσθαι τοὺς Ἀργοναύτας. schol. Py. XI, 25: ἰδίως δέ φησιν ὁ Πίνδαρος Ἀρσινόην εἶναι τὴν Ὀρέστου τροφόν. Hunc usum notandi Aristarchus ab Homero in Pindarum transtulisse videtur. In Homero enim saepius eum observasse scimus ubi quid ἰδίως poeta dixerit cf. Lehrs Ar. p. 7. cf. Apoll. Dysc. de coni. p. 506. . . . εἴ γε καὶ τὰ τοιαῦτα [illegible] coni. γάρ] Ἀρίσταρχος παρεώσατο [corr. Lehr. παρεσημειώσατο] ἰδίᾳ καὶ ἐπ' ἄλλων πλείστων ἰδιάσαντά τινά ἐστι παρ' αὐτῷ. [sc. Ὁμήρῳ].

52) Eadem explicatio occurrit schol. Nem. 24: τὸ δὲ ἑπτὰ πυραὶ οὐ [illegible] τοὺς λοχαγούς, ἀλλὰ πρὸς τὸ τῶν νέων στράτευμα. ἐφ' ἑκάστῃ γὰρ πύλῃ πολυάνδριον ἐγένετο, quam ab Aristodemo profectam nemo negabit.

cum Pindarus de septem ducum caede loquatur. Iam schol. 26 adnotat: ὁ Ἀσκληπιάδης φησὶ ταῦτα εἰληφέναι ἐκ τῆς Κυκλικῆς Θηβαΐδος. Hinc igitur poeta narrationem illam sumpsit[53]).

21) Ol. VI, 31 (παρθενίαν ὠδῖνα). schol.: παρθένιοι δὲ λέγονται παῖδες οἱ κρύφα τικτόμενοι παρὰ τῶν ἔτι νομιζομένων εἶναι παρθένων. οὕτω που καὶ Ὅμηρος ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν Ἀχιλλέως νηῶν φησι [II, 179]. Hanc adnotationem Aristarcho vindicare haud dubitavi conlato schol. Aristoniceo II, 179: ἡ διπλῆ ὅτι παρθένιος λέγεται ὁ ἐξ ἔτι παρθένου νομιζομένης γεννώμενος. In Homero ad I, 24 adnotaverat Ar. eundem fere dici παρθένιον et σκότιον. quod recte se habet, quamquam causae variae sunt. cf. Lehrs. Ar. p. 132, qui copiose de hac re disputavit.

22) Ol. VI, 60 (λαοτρόφον τιμάν). schol.: λαότροφον] λέγει τὴν μαντικήν. οἱ γὰρ τοιοῦτοι ὑπὸ τοῦ πλήθους τρέφονται μαντευόμενοι. τινὲς δὲ λαοτρόφον φασὶ τὴν βασιλείαν τὴν τοὺς λαοὺς τρέφουσαν. ἄλλως· λαοτρόφον τιμάν· βασιλικὴν ἀρχήν· ᾧ καὶ Ὅμηρος ὁμολογῶν τοὺς βασιλέας ποιμένας λαῶν ὀνομάζει. Vratl. A: τιμὴν ὑπὸ τῶν λαῶν καὶ αὐξανομένην καὶ τρεφομένην [sc. λαότροφον]. cf. schol. rec. ubi utraque sententia adfertur: λαοτρόφος, ὁ λαὸν τρέφων. λαότροφος δὲ προπαροξυτόνως ὁ ὑπὸ λαοῦ τρεφόμενος.

Aristarcho haud dubito quin debeatur ea sententia, qua λαοτρόφον scribendum est. ἐνέργειαν quandam vult insidere huic vocabulo. aeque disseruit de vocabulo μογοςτόκος ad Λ, 270: Ἀρίσταρχος παροξύνει· δραστικὴ γάρ φησιν ἔννοιά ἐστιν. οὐ γὰρ αἱ Εἰλείθυιαι πάσχουσιν, ἵνα προπαροξύνωμεν, ἀλλ' ἐνεργοῦσι κατὰ τῶν τικτουσῶν κτλ. A quo etiam Homeri dictum citatum esse probabile est. Ceterum Ar. recte disputavit, neque altera sententia [fort. Didymi] sequenda est.

23) Ol. VI, 90 ... γνῶναί τ' ἔπειτ' ἀρχαῖον ὄνειδος ἀλαθέσιν
λόγοις εἰ φεύγομεν, Βοιωτίαν ὗν.

schol. Vratl. A: Ἀρίσταρχος παρὰ τὸ λεγόμενον ἐν Βοιωτίᾳ ὗς ... Ex hoc scholio num quae Ar. sententia depromi possit,

53) v. 17 ex ipso carmine epico profectam esse, iam Dissenus non male suspicatus est. Admonet Wilamowitzius fortasse versum fuisse hunc: ἀμφότερος μάντις τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής conlato versu illo Iliadis notissimo.

valde dubium mihi est. Immo neglegentia scribarum, ut de Ar. nihil compertum habeamus, factum videtur. Post enim Ἀρίσταρχος, ut in Vratisl. A [scilicet in Ambros.] saepius occurrit, lacuna ampla statuenda est[54]).

24) Ol. VI, 92:

εἶπον [Momms. εἰπὸν] δὲ μενμνᾶσθαι Συρακοσσᾶν τε καὶ Ὀρτυγίας
τὰν Ἱέρων καθαρῷ σκάπτῳ διέπων
ἄρτια μηδόμενος φοινικόπεζαν || ἀμφέπει Δάματρα κτλ.

schol. Vratl. A: Ἀρίσταρχος· τοῖς κατὰ τὸν χορὸν [χρόνον cod.: χορὸν simul cum Wilamowitzio conieci] εἰπεῖν ἐπικελεύει [correxi: ἐπικελεύων cod.] τῶν τε Συρακουσῶν μεμνῆσθαι καὶ τῆς Ὀρτυγίας. αὕτη δέ ἐστι προσεχὴς ταῖς Συρακούσαις νῆσος διὰ χώματος [correxi: καὶ ἀχώματος cod.][55]) ὁ δὲ Πίνδαρος διὰ τὸν Ἱέρωνα, ἐπεὶ ἄνωθεν ἐκ προγόνων ἱεροφάντης ταῖν θεοῖν ἀποδέδεικται. τὰ προκείμενά φησι ὁ Δίδυμος [Bö.: Πίνδαρος cod.] καί παρατίθεται τὰ Φιλίστου καὶ τὰ Τιμαίου.

Aristarchus εἶπον imperativum accepit, non aoristum, ita ut conexus sit: ‚iube socios recordari Syracusarum etc.' Reliqui veteres utrum Ar. secuti sint, an εἶπον indicativum putarint, nequit diiudicari; Aristarchea interpretatio inter recentes praevaluit criticos, neque iniuria, ut credo[56]). At

---

54) cf. schol. ad Ol. VII, 67. ubi res similiter se habet et schol. Py. II, 42. [frg. 39.]

55) Ad coniecturam firmandam διὰ χώματος cf. schol. Thucyd. VI, 3: τὸ πρῶτον οἱ Συρακούσιοι τὸ νησίδιον ᾤκισαν μόνον. αὖθις δὲ συνάψαντες αὐτὸ τῇ Σικελίᾳ διὰ χώματος κατῴκισαν καὶ ἐν τῇ Σικελίᾳ. cf. Strabo I, 59. Ibyc. frg. 22. Be.[3] schol. Nem. I, 1. Mox bis in schol. Πίνδαρος est, pro quo bis reponere vult Bö. Δίδυμος. hoc receperunt Müller [frg. h. I. p. 215]. M. Schmidt Didym. p. 219. Nego haec. Immo fuisse puto priore loco Πίνδαρος ita ut schol. dicere velit: ὁ δὲ Πινδ. <λέγει τὸ ‚ἀμφέπει Δάματρα' κτλ. scil.> διὰ τὸν Ἱέρωνα . . . Haec adnotaverat grammaticus quidam, cuius nomen ex praecedenti Πίνδαρος dittographia corruptum est; quem non negarim fuisse Didymum, qui in historicis rebus testes adferre solet cf. schol. Ol. II, 29. VI, 55. Ol. III, 29. Nem. IX, 95. In schol. Nem. III, 16 similiter pro Πίνδαρος Heynius recte reponit Δίδυμος.

56) Wilamowitzius, qui εἶπον indicativum accipit, eundem in modum Aristarchum explicasse censet. Emendat enim initium schol.: τοῖς κατὰ τὸν χορὸν εἶπον ἐπικελεύων κτλ. sensumque eum putat esse: „Ich gebot zu gedenken des Hiero". Qua in re confiteor me discedere a praeceptore carissimo. Hartungus qui et ipse indicativum esse εἶπον vult, ad firmandam sententiam quae adnotat, iocum non argumentum arbitror: ‚*Pindar wird*

vero qui probaverunt, vellem non scripsissent εἰπὸν, quippe quae forma regulae et analogiae repugnet[57]).

25) Ol. VII, 11:

ὁ δ' ὄλβιος, ὃν φᾶμαι κατέχοντ' ἀγαθαί.
ἄλλοτε δ' ἄλλον ἐποπτεύει χάρις ζωθάλμιος ἁδυμελεῖ
θαμὰ φόρμιγγι παμφώνοισί τ' ἐν ἔντεσιν αὐλῶν.

schol. Rom.: Ἀρίσταρχος χάριν ἀκούει τὴν εὐδαιμονίαν. βέλτιον δὲ τὴν τῶν ποιημάτων <ἡδονὴν inserui cf. schol. A: χάρις ἡ τῶν ποιημάτων ἡδονὴ>

Aristarchus χάρις de felicitate accipit, quae explicatio e praecedentibus verbis ὁ δ' ὄλβιος orta videtur. Iam quid omnino Ar. voluerit, in hunc modum fortasse est exprimendum: ‚Is felicitate donatur, ad quem magna gloria carminibus parta pervenerit'. Talis felicitas [58]) lyra tibiisque, id est poetae carmine ‚celebrata, ad alium alio tempore venit'. Attamen haec interpretatio num iusta ac recta sit, dubitare licet. Primum enim ea, quae hoc loco occurrit, significatio rarissima est, in Pindaro utique, quantum quidem videmus, inusitata. Tum vero in his versibus aeque atque in praecedentibus poeta loquitur de laude poeseos, ita ut conexus sententiarum nullo sit pacto interruptus. Ergo explicationem non probabimus, neque veteres probaverunt. Latet enim in schol. altera explicatio sana et facilis: ἡ τῶν ποιημάτων ἡδονή. ea vi saepius apud Pind. χάρις usurpatur cf. Ol. I, 30. X, 78. Nem. VII, 75. Isthm. IV, 90. Porro in hac interpretatione epitheton ζωθάλμιος elegantius et magis proprie positum videtur. Quod alii excogitaverunt, χάριν esse victoriam [cf. schol.

---

nicht dem Peter sagen, dass der Peter dem Hansen sagen solle, dass der Hans nicht vergessen soll'.

57) Si imperativus formandus est ab indicativo εἶπα, oportet εἶπον ex analogia; praeterea adeas velim Herod. [Lentz p. 400] τὰ προςτακτικὰ τοῦ πρώτου ἀορίστου ὑπερδισύλλαβα προπαροξύνονται· δισύλλαβα δὲ ὄντα παροξύνονται ἢ προπερισπῶνται . . . νεῖμον, κρῖνον λέξον, γράψον, εἶπον ἀντὶ τοῦ εἰπὲ ,ὡς παρὰ Μενάνδρῳ· ‚εἶπον δέ τι ποιεῖν μέλλετε'. Praeter Menandrum, quantum scio, sic usurpaverunt Simon. Ceens. frg. 154 Be.[3], ubi Urs. εἶπον. Aristoph. Eccles. 255. Theocr. 14, 11.

58) Erasm. Schmidius non male Achillis exemplum adfert, quippe qui quum Homerum virtutis suae praeconem invenerit, tali felicitate inter mortales donatus sit.

soq.] a conexu sententiarum abhorret, cum de laude poeseos tantummodo loquatur Pindarus[59]).

26) Ol. VII, 35: ἔνθα ποτὲ
βρέχε θεῶν βασιλεὺς ὁ μέγας χρυσέαις νιφάδεσσι πόλιν.
schol.: τοῦτο ἐκ τῶν Ὁμήρου ὁρμηθεὶς λέγει ὅτι Ζεὺς χρυσὸν ἔβρεξε τοῖς Ῥοδίοις διὰ τὸ τὸν ποιητὴν εὑρηκέναι [B, 670] „καί σφιν θεσπέσιον πλοῦτον κατέχευε Κρονίων', οὐκ εἰρηκότος Ὁμήρου, ὅτι ὁ Ζεὺς ἔβρεξε χρυσόν, ἀλλὰ περιποίησε χύδην αὐτοῖς τὸν πλοῦτον.

Ab Aristarcho hoc scholium profectum Lehrs. [Aristarch. p. 188] recte dixit. Aristarchus, ut solet, ab Homero sententiam depromptam statuit, quamvis in ipsis verbis alter ab altero discrepet poeta.

27) Ol. VII, 52: . . . πολὺν ὗσε χρυσόν.
schol. B, 670 Ariston.: ἡ διπλῆ ὅτι Πίνδαρος κυρίως δέδεκται χρυσὸν ὗσαι τὸν Δία, Ὁμήρου μεταφορᾷ κεχρημένου διὰ τοῦ κατέχευε πρὸς ἔμφασιν τοῦ πλούτου.

Ut solet, Aristarchus adnotat, quemadmodum in hac imagine exprimenda Pindarus dissentiat ab Homero cf. Lehrs. Arist. p. 188.

28) Ol. VII, 54: ἔργα δὲ ζωοῖσιν ἑρπόντεσσί θ' ὁμοῖα κέλευθαι φέρον. ἦν δὲ κλέος ‖ βαθύ.
schol. Rom.: Ἀρίσταρχος δὲ τὰ κατὰ Δαίδαλον αὐτόν φησι μεταφέρειν νῦν ἐπὶ τῶν κατὰ τὴν Ῥόδον τεχνιτῶν, ὅτι τοιαῦτα κατεσκεύαζον ἔργα. Πολέμων δέ [Wilam.: γὰρ cod.] φησι παρὰ Χίοις μὲν τὸν Διόνυσον δεδέσθαι [καὶ deleo] παρ' Ἐρυθραίοις δὲ τὸ ἕδος τῆς Ἀρτέμιδος καὶ ὅλως πολὺν κατεσπάρθαι λόγον περὶ τῶν ἀγαλμάτων ὡς μὴ μενόντων, ἀλλὰ πορευομένων ἄλλοσε πολλάκις.

Aristarchus de his verbis ita iudicasse videtur, ut Pinda-

---

59) Versum 13 codd. sic exhibent: καί νυν ὑπ' ἀμφοτέρων σὺν Διαγόρᾳ κατέβαν. quaecumque ad explicanda verba σὺν Διαγόρᾳ excogitare vis, nihil mihi satisfacere potest; immo corruptelam ibi latere mihi persuasi. Iam veteres ambigebant; quorum alii σὺν Διαγόρᾳ ad κατέβαν, alii ad ὑμνέων [v. 14] rettulerunt. Quo loco nescio an fuerit olim καί νυν ὑπ' ἀμφοτέρων τὶν Διαγόρα κατέβαν ita ut loci sensus sit hic: „nunc cum phorminge ac tibiis animo tibi, o Diagoras, adveni Thebis, praedicaturus Rhodum, Veneris filiam, sponsam Solis, atque te ingentem victorem patremque tuum celebraturus'.

rum eam, quae de Atheniensi Daedalo circumferebatur, narrationem inde transtulisse diceret in Rhodios Telchinos. De quibus hanc fabulam copiose narrat Diodorus IV, 76, 2 quocum conferas velim Paus. II, 4, 5. Iam vero contra Ar. sententiam scholiasta [videlicet Didymus] Polemonis fide ac testimonio nisus[60]) contendisse videtur, id non solum Athenis factum esse, sed etiam aliis locis, apud Chios et Erythraeos, neque igitur opus esse Ar. suspicione[61]).

29) Ol. VII, 67: ἐκέλευσεν δ' αὐτίκα χρυσάμπυκα μὲν Λάχεσιν
χεῖρας ἀντεῖναι, θεῶν δ' ὅρκον μέγαν
μὴ παρφάμεν . . .

schol. Ambr. [ap. Momms. comm. cr. p. 83] Ἀρίσταρχος· ἐκέλευσε δ' ὁ Ἥλιος παραχρῆμα τὴν μὲν Λάχεσιν ἐπιχειροτονῆσαι τῷ λόγῳ, τοὺς δὲ θεοὺς ὀμόσαι [Momms.: ὀνομάσαι cod.] μὴ δὲ παραινεῖν [Momms.: μηδένα παρερεῖν cod. B] μὴ δὲ πεῖσαι [παραπεῖσαι schol. Vat. B] τὸν Δία περὶ τῆς μελλούσης φαίνεσθαι χώρας ὑπ' αὐτοῦ. Conlata paraphrasi generaliore in schol. A: διὸ τὴν Λάχεσιν ἐκέλευσεν αὐτῷ ἐπικρῖναι τὴν Ῥόδον. τοὺς δὲ θεοὺς ὀμόσαι πεποίηκε μηδένα παραιρεῖν μὴ δὲ ἀναπεῖσαι τὸν Δία γινομένης τῆς χώρας [φανερᾶς] ἄλλῳ τινὶ δοθῆναι αὐτὴν Aristarchum παρφάμεν de ‚persuadendo' intellexisse suspicatur Mommsenus. At erravit. Bene enim Lehrs. [schol. Pind. p. 8] observavit, inde a verbis ἐκέλευσεν δ' ὁ Ἥλιος pergere paraphrasin; ergo post Ἀρίσταρχος lacuna certe satis ampla ponatur oportet, ita ut de Aristarcho nihil compertum habeamus.

30) Ol. VIII, 2:
. . . ἵνα μάντιες ἄνδρες
ἐμπύροις τεκμαιρόμενοι παραπειρῶνται Διὸς ἀργικεραύνου

---

60) Polemo quae narrat, in piorum hominum fictione sunt posita. Solebant enim veteres deorum dearumque statuas vittis vincire [cf. Lobeck Aglaoph. p. 275]. Quem usitatum statuarum ornatum periegetae ad falsas causas rettulerunt. Attamen erant, qui revera, quum ita statuas circumligarent, aliquid certi molirentur, scilicet superstitioso quodam timore adducti, di ne aut a se averterent aut hostibus faverent. [cf. Lob. Agl. Plut. quaest. Rom. 61, 347. Macrob. I, 8, Athen. XV, 572 D]. De Polemonis fragmento cf. Preller, Polemo p. 145.

61) Eustathium [ad Dion. perieg. 504] hoc scholium exscribere Bernhardy monuit: . . . πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα εἶχεν [sc. ἡ Ῥόδος] ἀγάλματα ὡς τὸ τεχνικὸν καὶ μικροῦ δεῖν τὸ ἔμψυχον αἰνιττόμενοι οἱ τεχνῖται ἁλύσεσιν ἐδέσμουν αὐτά, μὴ καὶ λάθοιεν τάχα κινηθέντα μεταστῆναι που ἀλλαχοῦ.

seq.] a conexu sententiarum abhorret, cum de laude poeseos tantummodo loquatur Pindarus [59]).

26) Ol. VII, 35: ἔνθα ποτὲ
βρέχε θεῶν βασιλεὺς ὁ μέγας χρυσέαις νιφάδεσσι πόλιν.

schol.: τοῦτο ἐκ τῶν Ὁμήρου ὁρμηθεὶς λέγει. ὅτι Ζεὺς χρυσὸν ἔβρεξε τοῖς Ῥοδίοις διὰ τὸ τὸν ποιητὴν εὑρηκέναι [B, 670] „καί σφιν θεσπέσιον πλοῦτον κατέχευε Κρονίων', οὐκ εἰρηκότος Ὁμήρου, ὅτι ὁ Ζεὺς ἔβρεξε χρυσόν, ἀλλὰ περιποίησε χύδην αὐτοῖς τὸν πλοῦτον.

Ab Aristarcho hoc scholium profectum Lehrs. [Aristarch. p. 188] recte dixit. Aristarchus, ut solet, ab Homero sententiam depromptam statuit, quamvis in ipsis verbis alter ab altero discrepet poeta.

27) Ol. VII, 52: . . . πολὺν ὖσε χρυσόν.

schol. B, 670 Ariston.: ἡ διπλῆ ὅτι Πίνδαρος κυρίως δέδεκται χρυσὸν ὗσαι τὸν Δία, Ὁμήρου μεταφορᾷ κεχρημένου διὰ τοῦ κατέχευε πρὸς ἔμφασιν τοῦ πλούτου.

Ut solet, Aristarchus adnotat, quemadmodum in hac imagine exprimenda Pindarus dissentiat ab Homero cf. Lehrs. Arist. p. 188.

28) Ol. VII, 54: ἔργα δὲ ζωοῖσιν ἑρπόντεσσί θ' ὁμοῖα κέλευθαι φέρον. ἦν δὲ κλέος || βαθύ.

schol. Rom.: Ἀρίσταρχος δὲ τὰ κατὰ Δαίδαλον αὐτόν φησι μεταφέρειν νῦν ἐπὶ τῶν κατὰ τὴν Ῥόδον τεχνιτῶν, ὅτι τοιαῦτα κατεσκεύαζον ἔργα. Πολέμων δέ [Wilam.: γὰρ cod.] φησι παρὰ Χίοις μὲν τὸν Διόνυσον δεδέσθαι [καὶ deleo] παρ' Ἐρυθραίοις δὲ τὸ ἕδος τῆς Ἀρτέμιδος καὶ ὅλως πολὺν κατεσπάρθαι λόγον περὶ τῶν ἀγαλμάτων ὡς μὴ μενόντων, ἀλλὰ πορευομένων ἄλλοσε πολλάκις.

Aristarchus de his verbis ita iudicasse videtur, ut Pinda-

---

59) Versum 13 codd. sic exhibent: καί νυν ὑπ' ἀμφοτέρων σὺν Διαγόρᾳ κατέβαν. quaecumque ad explicanda verba σὺν Διαγόρᾳ excogitare vis, nihil mihi satisfacere potest; immo corruptelam ibi latere mihi persuasi. Iam veteres ambigebant; quorum alii σὺν Διαγόρᾳ ad κατέβαν, alii ad ὑμνέων [v. 14] rettulerunt. Quo loco nescio an fuerit olim καί νυν ὑπ' ἀμφοτέρων τὶν Διαγόρα κατέβαν ita ut loci sensus sit hic: „nunc cum phorminge ac tibiis animo tibi, o Diagoras, adveni Thebis, praedicaturus Rhodum, Veneris filiam, sponsam Solis, atque te ingentem victorem patremque tuum celebraturus'.

rum eam, quae de Atheniensi Daedalo circumferebatur, narrationem inde transtulisse diceret in Rhodios Telchinos. De quibus hanc fabulam copiose narrat Diodorus IV, 76, 2 quocum conferas velim Paus. II, 4, 5. Iam vero contra Ar. sententiam scholiasta [videlicet Didymus] Polemonis fide ac testimonio nisus[60]) contendisse videtur, id non solum Athenis factum esse, sed etiam aliis locis, apud Chios et Erythraeos, neque igitur opus esse Ar. suspicione[61]).

29) Ol. VII, 67: ἐκέλευσεν δ' αὐτίκα χρυσάμπυκα μὲν Λάχεσιν
χεῖρας ἀντεῖναι, θεῶν δ' ὅρκον μέγαν
μὴ παρφάμεν . . .

schol. Ambr. [ap. Momms. comm. cr. p. 83] Ἀρίσταρχος· ἐκέλευσε δ' ὁ Ἥλιος παραχρῆμα τὴν μὲν Λάχεσιν ἐπιχειροτονῆσαι τῷ λόγῳ, τοὺς δὲ θεοὺς ὀμόσαι [Momms.: ὀνομάσαι cod.] μὴ δὲ παραινεῖν [Momms.: μηδένα παρερεῖν cod. B] μὴ δὲ πεῖσαι [παραπεῖσαι schol. Vat. B] τὸν Δία περὶ τῆς μελλούσης φαίνεσθαι χώρας ὑπ' αὐτοῦ. Conlata paraphrasi generaliore in schol. A: διὸ τὴν Λάχεσιν ἐκέλευσεν αὐτῷ ἐπικρῖναι τὴν Ῥόδον. τοὺς δὲ θεούς ὀμόσαι πεποίηκε μηδένα παραιρεῖν μὴ δὲ ἀναπεῖσαι τὸν Δία γινομένης τῆς χώρας [φανερᾶς] ἄλλῳ τινι δοθῆναι αὐτὴν Aristarchum παρφάμεν de ‚persuadendo' intellexisse suspicatur Mommsenus. At erravit. Bene enim Lehrs. [schol. Pind. p. 8] observavit, inde a verbis ἐκέλευσεν δ' ὁ Ἥλιος pergere paraphrasin; ergo post Ἀρίσταρχος lacuna certe satis ampla ponatur oportet, ita ut de Aristarcho nihil compertum habeamus.

30) Ol. VIII, 2:
. . . ἵνα μάντιες ἄνδρες
ἐμπύροις τεκμαιρόμενοι παραπειρῶνται Διὸς ἀργικεραύνου

60) Polemo quae narrat, in piorum hominum fictione sunt posita. Solebant enim veteres deorum dearumque statuas vittis vincire [cf. Lobeck Aglaoph. p. 275]. Quem usitatum statuarum ornatum periegetae ad falsas causas rettulerunt. Attamen erant, qui revera, quum ita statuas circumligarent, aliquid certi molirentur, scilicet superstitioso quodam timore adducti, di ne aut a se averterent aut hostibus faverent. [cf. Lob. Agl. Plut. quaest. Rom. 61, 347. Macrob. I, 8, Athen. XV, 572 D]. De Polemonis fragmento cf. Preller, Polemo p. 145.

61) Eustathium [ad Dion. perieg. 504] hoc scholium exscribere Bernhardy monuit: . . . πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα εἶχεν [sc. ἡ Ῥόδος] ἀγάλματα ὡς τὸ τεχνικὸν καὶ μικροῦ δεῖν τὸ ἔμψυχον αἰνιττόμενοι οἱ τεχνῖται ἁλύσεσιν ἐδέσμουν αὐτά, μὴ καὶ λάθοιέν τάχα κινηθέντα μεταστῆναι που ἀλλαχοῦ.

εἴ τιν' ἔχει λόγον ἀνθρώπων πέρι
μαιομένων μεγάλαν
ἀρετὰν θυμῷ λαβεῖν.

schol. Rom.

ἔνθα . . . ἄνδρες οἱ μάντιες διὰ τῶν ἐμπύρων θυσιῶν ἀποπειρῶνται, φησί, τοῦ Διὸς περὶ τῶν ἀνθρώπων, εἴ τινα λόγον αὐτῶν ἔχει καὶ φροντίδα. ἄλλως· ἀποπειρῶνταί οἱ μάντιες καὶ ἐπιζητοῦσι μαθεῖν διὰ ἐμπύρων τεκμαιρόμενοι καὶ εὑρίσκοντες τὰ σημεῖα. περὶ ποίων δὲ ἀνθρώπων ἀποπειρῶνται; περὶ τῶν ζητούντων καὶ ἐπιθυμουμένων μεγάλην ἀρετὴν κτήσασθαι.

schol. Vratl. A.

ἡ παρὰ περισσή. ἔστι γὰρ πειρῶνται. ἢ ἡ παρὰ ἀντὶ τοῦ ἀπό. ἔστι γὰρ ἀποπειράζουσιν. Deinde sequuntur sub lemmate Διὸς ἀργικεραύνου haec: ἤτοι παρὰ Διὸς· ἐνταῦθα ἡ παρὰ συναπτέον ὥστε εἶναι· παρὰ Διὸς ἀργικεραύνου πειρῶνται μεγάλαν ἀρετὰν θυμῷ λαβεῖν [corr: βαλεῖν cod.] μαιόμενοι. ὁ δὲ Ἀρίσταρχος οὕτω· ἀποπειρῶνται εἰ ἀντιποιεῖται περὶ ἀνθρώπων καὶ ἔχει λόγον τῶν ζητούντων ἀρετὴν κτήσασθαι.

Aristarchus et sententiarum structuram et interpunctionem eam instituisse videtur, quam in fronte adscripsi. παραπειρῶνται unum verbum non distractum tmesi, esse voluit. Praeterea videtur adnotasse de commutatione praepositionis, de qua apud Homerum observavit [cf. Friedl. Ariston. p. 28]. Quem non secuti sunt alii grammatici. Potes enim primum e scholiis Rom. elicere sententiarum structuram hanc . . . Διὸς ἀργικεραύνου, εἴ τιν' ἔχει λόγον, ἀνθρώπων πέρι μαιομένων, ubi tortissime περὶ ἀνθρώπων coniungitur cum πειρῶνται. Tum vero e scholiis Vratl. A tertia et lectio et structura sequitur, de quibus nihil neque codices tradunt neque interpretes observaverunt: . . . ἵνα μάντιες ἄνδρες ἐμπύροις τεκμαιρόμενοι. παρὰ πειρῶνται Διὸς ἀργικεραύνου, εἴ τιν' ἔχει λόγον ἀνθρώπων πέρι, μαιόμενοι μεγάλαν ἀρετὰν θυμῷ λαβεῖν. Quem textum quicumque constituit, ipsos certatores, non vates, Iovis voluntatem explorare censuit[62]).

---

62) Ad hanc sententiam faciunt, quae leguntur apud Xenoph. [mem. I, 4, 16] ἢν . . . θεῶν πεῖραν λαμβάνῃς θεραπεύων, εἴ τι σοι θελήσουσι περὶ τῶν ἀδήλων ἀνθρώποις συμβουλεύειν.

31) Ol. IX, 1:

τὸ μὲν Ἀρχιλόχου μέλος
φωνᾶεν Ὀλυμπίᾳ καλλίνικος ὁ τριπλόος κεχλαδώς κτλ.

schol. Rom. praebent: τριπλόος δὲ ἤτοι ὁ τρὶς ἐπᾳδόμενος ἢ τρίστροφος ὢν κατὰ τὸν Ἀρίσταρχον.

Aristarchus quin tres carminis strophas intellexerit, inde dubitare non licet. quaeritur autem, quid aliud de hoc callinico iudicaverit? Iam inter scholiorum rudera haec sunt: τὸ μὲν Ἀρχιλόχου μέλος ὃ τοῖς νικῶσι τὰ Ὀλύμπια ἐπῄδετο, ἦν τρίστροφον, κοινῶς δυνάμενον ἁρμόζειν ἐπὶ παντὸς νικηφόρου διὰ τὸ καὶ τῆς πράξεως αὐτῆς ψιλὸν ἔχειν τὸν λόγον μήτε δὲ ὄνομα μήτε ἰδίωμα ἀγωνίσματος. ἐφυμνίῳ δὲ κατεχρῶντο τούτῳ· Τήνελλα καλλίνικε[63]). Sequuntur haec: τὸ δὲ τριπλόος, ὅτι τρὶς ἐπεκελάδουν τὸ Καλλίνικε, οὐ καθόλου δὲ τρὶς, ἀλλ' ὅτι τριπλῆν ἔχει τὴν στροφὴν καὶ πάλιν ἀναλαμβάνεται[64]). Haec omnia Aristarcho vindicanda mihi videntur, ex quibus, quid ille exposuerit — sine dubio copiose de hoc loco disputavit — haud difficile intellegitur. His opponit scholiasta sententiam Eratosthenis [Ἐρατοσθένης δέ φησι κτλ.] tam perspicue, ut utrumque excellentium grammaticorum iudicium consulto allatum esse eluceat. Iam Aristarchus epinicium esse voluit trium stropharum, quod quum neque nomen neque factum commemoraretur, in cuiusvis viri laudem cani posset, idque ita, ut in fine cuiusvis strophae ephymnium semel repeteretur. De Eratosthenis interpretatione scholiasta haec adnotat: Ἐρατοσθένης δέ φησι μὴ ἐπινίκιον εἶναι τὸ Ἀρχιλόχου μέλος ἀλλ' ὕμνον εἰς Ἡρακλέα, τριπλόον δὲ οὐ διὰ τὸ ἐκ τριῶν στροφῶν

---

63) De hoc scholio perperam disputavit Sybel in Herme V cf. de schol. vett. Pind. Marb. p. 32], qui verba κοινῶς δυνάμενον ἁρμόζειν ἐπὶ παντὸς usque ad κατεχρῶντο τούτῳ· Τήνελλα καλλίνικε transfert in insequens scholium Eratosthenicum. Quae verba non habeo cur e connexu suo tollam.

64) Altera recensio huius scholii exstat in cod. Ambr: ... οὐ καθόλου δὲ τρὶς, ἀλλὰ καὶ τριπλῆν ἔχειν τὴν στροφὴν καὶ πάλιν ἀναλαμβάνεσθαι τοῦτον τὸν τρόπον.

cf. schol. Nem. III, 1: ὁ μὲν οὖν Ἀρίσταρχός φησι ἤτοι τὸν χόρον ... αὐτοσχέδιόν τινα ἐπινίκιον ᾆσαι ἢ τὸν Ἀρχιλόχου καλλίνικον, οὗ καὶ Πίνδαρος μνημονεύειν διὰ τούτων· Τὸ μὲν Ἀρχιλόχου μέλος' κτλ. [Ol. IX, 1].

συγκεῖσθαι, ἀλλὰ διὰ τὸ τρὶς ἐφυμνιάζεσθαι τὸ καλλίνικε. περὶ δὲ τοῦ Τήνελλα κτλ. prorsus alia haec sententia quam Aristarchea. Hymnum enim esse voluit nescio quot stropharum, qui caneretur in laudem Heraclis ita, ut sub cuiusvis strophae fine ephymnium ter repeteretur. Utrumque grammaticum perperam explicasse recte Sybel [Hermes vol. V] exposuit et rem ipsam erroribus liberavit. Finxerunt enim Alexandrini hoc Archilochi carmen ipso victoriae loco in laudem victorum cantatum esse. Immo nihil nisi τήνελλα καλλίνικε a multitudine circumstante ter clamabatur, quas clamationes Pindarus ideo μέλος Ἀρχιλόχου dixit, quod hic poeta primus Heraclem illo in hymno καλλίνικος appellavit.

32) Ol. IX, 86 (χάρμαι). schol.: χάρμαι νῦν χαραὶ καὶ ἡδοναί, καθ' Ὅμηρον δὲ αἱ μάχαι. Ampliorem adnotationem praebet cod. Vratl. A: νῦν ἀντὶ τοῦ χαρά. Ὅμηρος δὲ ἀντὶ τῆς μάχης. οἱ δὲ περὶ Ἴβυκον καὶ Στησίχορον χάρμην τὴν ἐπιδορατίδα φασίν.

Ab Aristarcho nescio an haec originem ducant. cf. schol. N, 82. χαίροντες τῇ μάχῃ· ἔστι δὲ ὅτε ἡ λέξις δηλοῖ καὶ τὸ χαίρειν τῇ εἰς μάχην παραθήξει παρὰ τὸ χαράσσειν. τὴν γὰρ χαράν, ὥς φησιν Ἀρίσταρχος [Ἀριστείδης cod.: corr. Lehrs. Ar. p. 152] οὐδετέρως ἀεὶ λέγει χάρμα. Aristarchum, si quidem eius est haec adnotatio, alii refutaverunt.

33) Ol. IX, 112 (Ἰλιάδα). schol.: τοῦ Οἰλέως παιδὸς τοῦ Αἴαντος τοῦ Λοκροῦ· ἄνευ δὲ τοῦ ο εἴρηκε τὸν Ἰλιάδα, ὥς πού φησι καὶ Ἡσίοδος. Hanc adnotatiunculam, valde decurtatam, ab Aristarcho profectam crediderim. Quem legisse puto Ἰλιάδα non Οἰλιάδα, quam lectionem nonnulli codices exhibent. Eundem vero in Homero Οἰλιάδα scripsisse docet schol. B, 527: ἡ διπλῆ ὅτι ἀνέγνωσάν τινες τῶν νεωτέρων χωρὶς τοῦ ο ὡς ἄρθρου ὄντος, ὁ δὲ Ὅμηρος σὺν τῷ ο λέγει τὸν Οἰλέα. Recentiores, quos vocat, esse eos poetas, qui post Homerum vixerint, constat; inter quos enumerat Aristarchus Hesiodum, Pindarum, Stesichorum. cf. schol. O, 333, quod Aristarcheum esse suspicor: τὸν Οἰλέα Ζηνόδοτος ἑπόμενος Ἡσιόδῳ καὶ Στησιχόρῳ χωρὶς τοῦ ο ὀνομάζει Ἰλέα, τὸ δὲ ο ἄρθρόν φησί. [cf. schol. B, 527] γελοῖον δὲ τὸ παρ' Ὁμήρῳ οὕτως ἀκούειν. cf. etiam schol. M, 365: ἡ διπλῆ περιεστιγμένη ὅτι Ζηνόδοτος

γράφει αὐτίκ' ἄρ' Ἰλιάδην. Οἰλιάδην δὲ διὰ παντὸς Ὅμηρος λέγει. Ceterum adnotabo, Posidonium grammaticum Hesiodum vituperasse, quod Homeri lectionem perdiderit. Ttetzes ad. Iliadem, p. 4: Ποσειδώνιος ὁ Ἀπολλωνιάτης ὁ τῷ Ἡσιόδῳ μέμψιν ἐπάγων ὡς παραφθείραντι τινας τῶν Ὁμήρου λέξεων τὸν Οἰλέα Ἰλέα εἰπόντι . . . cf. Eust. ad. O, 333.

34) Ol. X, 11: νῦν ψᾶφον ἑλισσομέναν
ὅπᾳ κῦμα κατακλύσσει ῥέον,
ὅπᾳ τε κοινὸν λόγον
φίλαν τίσομεν ἐς χάριν.

schol. Vratl. A. haec praebent: Ἀρίσταρχος κοινὸν λόγον τὸν ὕμνον, οὗ πολλοὶ ἐπιθυμοῦσι. πολύκοινος γὰρ καὶ εὐεπίφορός ἐστιν εἰς τὸ λέγειν. Aristarchus λόγος carmen, quod Agesidami in honorem caneretur, intellexit: quem hymnum, quum multi homines cupiant, κοινόν dici. Utraque explicatio et quae spectat ad λόγος et quae ad κοινός, iam veteribus iniqua visa est. Quorum nemo rectam interpretationem, quod quidem e scholiis intellegere liceat, excogitavit. Inter recentes interpretes Kayserus [lectt. Pind. p. 27] et L. Schmidtius [p. 103] id recte posuerunt, quod λόγον de rationibus, quae inter Pindarum et Agesidamum intercederent, accipiendum dicerent. Confirmant hoc et τίσομεν v. 12 et χρέος v. 10 et τόκος v. 11.

35) Ol. XIV, 5 (Ἐρχομενοῦ). schol. inscr.: δύο δὲ Ὀρχομενοί, ὁ μὲν Μινύειος ἐν Βοιωτίᾳ, ὁ δὲ πολύμηλος ἐν Ἀρκαδίᾳ cf. schol. rec. Haec Aristarcho deberi probabilissimum est, quippe qui in Homero adnotarit haecce ad B, 11: ἡ διπλῆ ὅτι καὶ ἕτερος Ὀρχομενός. ἀλλ' ὁ μὲν Βοιωτιακός Μινύειος καλεῖται, ὁ δὲ Ἀρκαδικός πολύμηλος. καὶ τοῖς ἐπιθέτοις διαστέλλεται ἡ ὁμωνυμία. Post Aristarchum veteres plura huius nominis loca nosse videntur cf. schol. Apoll. Rhod. II, 1186.

36) Ol. XIV, 20: ὦ ποτνί' Ἀγλαΐα
φιλησίμολπε τ' Εὐφροσύνα, θεῶν κρατίστου
παῖδες, ἐπακοοῖτε νῦν, Θαλία τε . . .
. . . ἐν τρόπῳ ἔν τε μελέταις ἀείδων ἔμολον . . . σεῦ ἕκατι.

schol. Rom.: ὁ δὲ Ἀρίσταρχος ἰδίως φησὶ προτάξας τὰ ὀνόματα τῶν Χαρίτων ἑνικῶς ἐφώνησε· σεῦ ἕκατι, ὦ Χάρι. προσφωνοῦσι δὲ [cod. τε] οἱ ποιηταὶ τοὺς χο-

ροὺς τοὺς ἐκ πλήθους συνεστῶτας ἑνικῶς. βεβιασμένον οὖν νυνὶ προτάξαντα τὰ ὀνόματα λέγειν ἕκατι σοῦ ἑνικῶς.

Aristarchus explicationem a tragicorum et comicorum usu repetivit, quippe qui saepissime choros singulariter alloquantur. Hos esse οἱ ποιηταὶ dubitare non licet. Itaque ad Aristarchum referenda sunt etiam haec verba scholiastae: τὸ δὲ ἰδοῖσα κοινὸν ἐπὶ ὅλων, ἰδοῖσα ὦ Εὐφροσύνη, ἰδοῖσα ὦ Θάλεια, ἰδοῖσα ὦ Ἀγλαΐα. Aristarchus, quum verum non intellexisset, Pindaro crimini vertit, quod hanc structuram instituerit. Nec tamen poetam accusare licet. Ut omittam veterem interpretem, qui ad victorem rem refert, illa interpretatio sequenda est, quam praebet hoc schol.: ἢ πρὸς μίαν τῶν Χαρίτων ἀπὸ τοῦ πλήθους μετέβη. eodem spectant haec: ἔνιοι δέ φασι πρὸς τὴν τρίτην Θάλειαν τοῦτο λέγεσθαι. Quidni poetam solam Thaliam allocutum putemus? Ad quam ne et ἰδοῖσα et σεῦ referas nihil obstat[65]).

37) Pyth. I, 12. (κῆλα). schol.: κῆλα μὲν Ὅμηρος τὰ τοξικὰ βέλη [A, 53] ,,τα δ' ἐπῴχετο κῆλα θεοῖο', δυνατὸν δὲ ἀκούειν καὶ νῦν τροπικώτερον βέλη, τὰ θελκτικὰ τῆς μουσικῆς πάθη [cf. schol. seq. τὰ ὑπὸ τῆς μουσικῆς θέλγματα] Aristarchi est adnotatio. cf. quae in Homero de hoc vocabulo adnotaverit. schol. M, 280: ἡ διπλῆ ὅτι κῆλα τὰ βέλη τοῦ Διός χιὼν καὶ ἱετός. Λ, 584: πρὸς τὰ ,,κῆλα θεοῖο' ὅτι τὰ βέλη λέγει . . . cf. Lehrs. Arist. p. 152.

38) Pyth. II, 29. (τάχα). schol.: Ὅμηρος τὸ τάχα ἀντὶ τοῦ ταχέως. Haec exilis adnotatiuncula, scilicet ruina amplioris adnotationis de usu huius vocabuli apud Homerum et Pindarum, ab Aristarcho profecta videtur. cf. schol. vulg. α, 251: αὕτη ἡ λέξις οὐ τίθεται παρὰ τῷ ποιητῇ, διστακτικῶς ὡς

65) Hoc si tenes, habes, quid in v. 35 verbo ἐστεφάνωσε subiectum suppleas. Suppleverunt enim alii victorem; alii Νίκην, cornatricem victorum, subiectum esse putant; quod verbum ut collocent, aut partem carminis aut saltem epodum interceptum suspicantur, ubi haec vox fuerit. Quod recte negans Wilamowitzius Thaliam, quum Flora adolescentem aetate conspicuum coronet, supplendum iubet. Idem elegantissime in v. 6 verba εἰ σοφός, εἰ καλὸς εἴ τις ἀγλαὸς ἀνήρ ad Gratias refert, quarum Euphrosyne hominem faciat σοφόν, id est ἀγαθὸν τὰς φρένας, Aglaia ἀγλαόν, Thalia καλόν.

ἐν τῇ συνηθείᾳ, ἀλλ' ἑκάστοτε ἀντὶ τοῦ ταχέως. schol. Ξ, 8: ἡ διπλῆ ὅτι τὸ τάχα ἀντὶ τοῦ ταχέως. cf. Lehrs. Ar. p. 92.

39) Pyth. II, 42: ἄνευ οἱ Χαρίτων τέκεν γόνον ὑπερφίαλον. schol.: Ἀρίσταρχος ... Ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς [Ἀρίσταρχος δὲ ἀφ' ἑτέρας cod.] νῦν ἐπὶ τῆς νεφέλης ὑφίστησι τὸν λόγον τῆς τῷ Ἰξίονι συνευνασθείσης. Lehrs. [schol. Pind. p. 7] de hoc scholio recte adnotavit: „*Wir wissen nach Pyth. II, 75 Nichts von Aristarch, als dass hier einst eine Meinung von ihm berichtet war. Denn wenn wir da lesen* Ἀρίσταρχος ἀφ' ἑτέρας κτλ., *so ist das eben Nichts. Der Name* Ἀρίσταρχος *steht isolirt. Das* ἀφ' ἑτέρας κτλ. *hat damit Nichts zu thun und hat zum Subject den Pindar*". Post Ἀρίσταρχος igitur ampla lacuna ponenda est. Deinde quum in hoc versu subiectum desit, adnotatur iam non de Ixione dicere poetam, sed de nube.

40) Pyth. II, 56: τὸ πλουτεῖν δὲ σὺν τύχᾳ πότμου σοφίας, ἄριστον.
schol.: Ἀρίσταρχος δὲ οὕτως· οἷον εἴ τις λέγει εὐποτμότατός ἐστιν ὁ πλουτῶν καὶ σοφίας ἅμα τυγχάνων. Aristarchus locum sic explicavit: ditescere praeditum sapientia, optima sors est. Videtur igitur credidisse, hunc esse versum: τὸ πλουτεῖν σὺν τύχᾳ σοφίας, πότμον ἄριστον [66]). Quam sententiam quamvis sit facilis ac sana, nos sequi non posse dolendum est. Aliter rem intellexit vetus quidam, qui πλουτεῖν non sua propria, sed metaphorica significatione accipiendum putavit. Dicit enim scholiasta: τὸ εὐτυχεῖν καὶ εὐπορεῖν σοφίας σὺν εὐτυχίᾳ ἄριστον. δῆλον οὖν ὅτι τὸ πλουτεῖν τέταχεν οὐ κυρίως ἐπὶ τοῦ νοουμένου κατὰ τὸν βίου πλοῦτον, οἷον περιουσιάζειν χρήμασιν, ἀλλὰ μεταφορικῶς, τὸ πληθύνειν καὶ περιουσιάζειν ἐν πότμῳ σοφίας, ἄριστόν ἐστιν, οἷον τὸ τῇ σοφίᾳ πλουτεῖν ἄριστον. Haec interpretatio nisi aut coniectari aut hariolari in explicando velis, quae accipiatur, prae ceteris dignissima videtur.

41) Pyth. III, 27. (ἄϊεν). schol.: τὸ δὲ ἄϊεν ἀντὶ τοῦ ᾔσθετο. Ὅμηρος· οἱ δὲ πληγῆς ἀΐοντες. Miserum hoc lacinium ex uberiore fonte fluxit, nec Aristarchum sub his latere negarim. Idem enim in Homero observavit. cf. schol. Λ, 532 (οἱ δὲ πληγῆς ἀΐοντες) ἡ διπλῆ ὅτι τῷ εἴδει τὸ γένος

---

66) Bergkius ed.[4] Aristarchum legisse putat, ni fallor: σὺν τύχᾳ πότμου σοφίας τ' ἄριστον, quod verum esse nego.

δεδήλωκε. τὸ γὰρ ἀΐοντές εἰσιν ἀκούοντες. θέλει δὲ εἰπεῖν ἐπαισθόμενοι τῆς πληγῆς. ἡ γὰρ ἀκοὴ εἶδός ἐστι τῆς αἰσθήσεως. cf. schol. Δ, 343. Ο, 252.

42) Pyth. III, 43: βάματι δ' ἐν πρώτῳ κιχὼν παῖδ' ἐκ νεκροῦ || ἅρπασε.

schol.: . . . ἐὰν δὲ ὡς ἔν τισι βάματι δ' ἐν τριτάτῳ, ἔσται παραφράζων τὸ τρὶς μὲν ὀρέξατ' ἰὼν [Ν, 20] ἔστι δὲ σεμνότερον καὶ πρέπον τῷ θεῷ τὸ ἅμα τῷ πρώτῳ βάματι ῥύσασθαι τὸν παῖδα, ἔστι δὲ καὶ πρὸς τὴν ἀντίστροφον σύμφωνον. ὁ μέντοι Ἀρίσταρχος γράφει τριτάτῳ. Inde luce clarius sequitur, ut Aristarchus de coniectura scripserit βάματι δ' ἐν τριτάτῳ κιχὼν κτλ. Nec vero aut eum defendere aut errorem metricum, quem commisit, coniectando exstinguere licet. Corrigendi non esse causam, quum Pindari verbis divina Apollinis potentia exprimatur, scholiasta recte intellexit. Tamen Aristarchus, quippe qui Homerum suum perdidicerit, haud immemor loci Iliadis [Ν, 20] τρὶς μὲν ὀρέξατ' Pindarum imitari voluisse Homerum arbitratus, ex Homero Pindarum emendabat. Metricas autem leges parum cognitas habuit, ut ubi dactylus, ubi spondeus esset probe scire posset. Omnino enim non pervenerant Alexandrini ad accurata metricarum legum studia, ut Aristarcho hoc tanto crimini, quantum nonnulli interpretes, vertere non debeamus.

43) Pyth. III, 80: ἓν παρ' ἐσλὸν πήματα σύν δύο δαίονται βροτοῖς || ἀθάνατοι.

schol.: ἔνιοι ἀπεκδοχήν φασιν εἶναι ταῦτα τῶν Ὁμηρείων ὡς εἰπόντος αὐτοῦ ὅτι τριῶν ὄντων πίθων ἑνὸς μὲν ἀγαθῶν, δυεῖν δὲ τῶν κακῶν, ὁ Ζεὺς δίδωσιν ἐξ ἑκάστου μοῖραν. ἐλέγχεται δὲ ὅτι τὸ Ἕτερος ἐπὶ δύο μόνων λέγεται. εἰ γὰρ ᾔδει τρεῖς ὄντας τοὺς πίθους, Ἄλλος ἂν εἶπε καὶ οὐχ Ἕτερος. Locus est Ω, 527—528.

Altera recensio eiusdem scholii est haec: λέγει δὲ τὰ παρὰ τοῦ ποιητοῦ ὅτι παρὰ ἓν ἀγαθὸν δύο πήματα ἀπονέμουσιν οἱ θεοί. φησὶ γάρ που [Ω, 527]

Δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει
Δώρων οἷα διδοῦσι, κακῶν, ἕτερος δὲ ἑάων κτλ.

ὁ μέντοι Πίνδαρος οὕτως ἐδέξατο δύο πίθους εἶναι φαύλων καὶ ἕνα ἀγαθῶν. διὸ καὶ αὐτός φησιν ἓν παρ ἐσλὸν' κτλ. οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο. δύο γὰρ οἱ πίθοι εἰσί, καὶ ὁ μὲν εἷς ἀγαθῶν, ὁ

δὲ ἕτερος φαύλων. τὸ γὰρ Ἕτερος ἐλέγχει παρακείμενον, ὅπερ ἐπὶ δυϊκοῦ μόνον ἀριθμοῦ λέγεται.

In potissimis agitur de loco Iliadis, ubi utrum omnino τρεῖς πίθοι sint, an duo, ambigitur. Priorem sententiam qui sequuntur, Pindarum ex Homero sententiam deprompsisse putant, utpote qui tres πίθους accipere videatur. Aristarchus hoc loco, si quid video, adnotavit Pindarum non imitatum esse Homerum, sed dissentire ab eodem. Hoc satis elucet ex schol. Ω, 527 et 528: ἡ διπλῆ ὅτι ἐντεῦθεν Ἡσιόδῳ [O. 94] τὸ περὶ τοῦ πίθου μύθευμα καὶ ὅτι δύο τοὺς πάντας λέγει πίθους. τινὲς δὲ τῶν νεωτέρων [sc. Pind.] ἕνα μὲν τῶν ἀγαθῶν, δύο δὲ τῶν κακῶν ἐδέξατο. schol. Ω, 528: ἡ διπλῆ ὅτι τὸ ἑάων ἀντὶ τοῦ ἀγαθῶν. ' καὶ τὸ ‚υἱὸς ἐῆος' ἀγαθοῦ . . . καὶ ὅτι τὸ ἕτερος ἐπὶ δύο. ἕως δὲ τοῦ δίδωσι βούλονται στίζειν, ἵνα μὴ δύο πίθοι ὦσι κακῶν καὶ εἷς ἀγαθῶν [nempe τρεῖς, quot πίθους etiam in schol. Pind. nonnulli volunt] ὥςπερ καὶ Πίνδαρος ἐξεδέξατο. φησὶ γοῦν ‚ἓν πὰρ' ἐσλὸν κτλ.' Docent duo scholia Aristarchum etiam Homeri loco, quid interesset inter utriusque poetae verba, et observasse et adnotasse. Idem quin in Pindaro fecerit, quis dubitet?

44) Pyth. IV, 8: . . . κτίσσειεν εὐάρματον
πόλιν ἐν ἀργινόεντι μαστῷ

schol.: Ἀρίσταρχος μὲν τὸ Ὁμηρικὸν ‚οὖθαρ ἀρούρης' παράγειν αὐτόν φησι πιθανῶς, ὑπαλλαξάμενον τὸν μαστόν. Ἱεροκλῆς δέ φησι κεῖσθαι τὴν πόλιν ἐπὶ λόφου μαστοειδοῦς λευκογείου. μᾶλλον δὲ ἀπὸ τῆς εὐτροφίας, ὡς Ἀρίσταρχος· καὶ γὰρ ὁ ἀργινόεις συνᾴδει τούτῳ μᾶλλον, ἀπὸ τοῦ γάλακτος. Aristarchus etiam hoc loco Pindarum ex Homero sententiam duxisse statuit. Homerus enim metaphorice dicit de Argo urbe οὖθαρ ἀρούρης [I, 141, 183] quibus verbis ubertas ac fertilitas regionis exprimuntur. Idem de ubertate Cyrenae urbis Pindarum dixisse putat Aristarchus. Et hoc loco et Py. III, 43 quum imitationem poetae subesse arbitraretur [67]), Aristarchus ad falsam interpretationem delapsus est. Hoc

---

67) Idem iamiam adnotavi ad Py. III, 43. [frg. 42] Addo schol. Ol. VII, 35 quod Aristarcheum est [cf. fragment. 26] τοῦτο ἐκ τῶν Ὁμήρου ὁρμηθείς λέγει [sc. Πίνδαρος] ὅτι Ζεὺς ἔβρεξε τοῖς Ροδίοις κτλ.

loco rectius Hierocles historicus, qui de Cyrena scripsisse videtur, [cf. Bö. expl.] sine dubio totius ad Cyrenam regionis cognitione nisus, μαστὸν ἀργινόεντα rettulit ad collem, in quo Cyrena sita est, quique ob cretaceam vel calcariam humum [cf. Thrige hist. Cyren. p. 114] candebat.

45) Pyth. IV, 179: τὸν μὲν Ἐχίονα κεχλάδοντας ἥβᾳ, τὸν δ' Εὔρυτον.

Quae de collocatione verborum ad hunc locum adnotantur, ab Aristarcho mihi videntur esse profecta. Quod ut probabile fiat, ea quae in Homero eadem de re disputavit Aristarchus, in conspectu collocabo.

schol. Pind. ad. Py. IV, 179.

τῷ δὲ σχήματι τῆς ἑρμενείας πλειστάκις Ἀλκμὰν κέχρηται. ἐπὰν γὰρ περὶ δυοῖν ποιῇται τὸν λόγον τὸ ἕτερον ὄνομα προθεὶς περὶ ἀμφοῖν ποιεῖται τὸν λόγον, εἶτα οὕτω τὸ ἕτερον προςαποδίδωσιν οἷον· ‚Κάστωρ τε πώλων ταχέων δμητῆρες ἱππόται σοφοὶ καὶ Πολυδεύκης κυδρὸς' [Bergk.[3] frgm. Alcm. 12] καὶ Ὅμηρος [E, 774] ‚ἧχι ῥόας Σιμόεις συμβάλλετον ἠδε Σκάμανδρος'.

Versum Alcmanis et Homeri in commentario Homerico citaverat Aristarchus.

schol. Υ, 138.

ἡ διπλῆ ὅτι Ζηνόδοτος γράφει ἄρχῃσι. [sc. pro ἄρχωσι] ὁ δὲ Ὅμηρος τὸ κατ' ἀμφοτέρων τῶν ὀνομάτων τιθέμενον ῥῆμα εἴωθέ ποτε τὸ ἕτερον προτάξας ὄνομα μεταξὺ ‚τάσσειν, ἧχι ῥόας Σιμόεις κτλ. [E, 774] καὶ τούτῳ πεπλεόνακεν Ἀλκμάν, διὸ καὶ Ἀλκμανικόν, οὐχ ὅτι πρῶτος αὐτῷ ἐχρήσατο.

schol. E, 774.

ὅτι κατ' ἀμφοτέρων ῥῆμα μεταξὺ τῶν ὀνομάτων τέταχεν. ἔδει γὰρ ἧχι ῥόας Σιμόεις καὶ Σκάμανδρος συμβάλλετον. τούτω δὲ τῷ ἔθει πεπλεόνακε [καὶ deleo] Ἀλκμὰν διὸ καὶ καλεῖται Ἀλκμανικὸν οὐχ ὅτι αὐτὸς [an αὐτῷ ?] πρῶτος ἐχρήσατο, ἀλλ' ὅτι τῷ τοιούτῳ ἔθει πεπλεόνακεν.

schol. κ, 513.

τοῦτο καλεῖται Ἀλκμανικὸν οὐχ ὅτι Ἀλκμὰν πρῶτος αὐτῷ ἐχρήσατο, ἀλλ' ὅτι πολύ ἐστι παρ' αὐτῷ, οἷον ‚Κάστωρ τε ὠκέων πώλων ἐλατῆρες [corr. δματῆρες] καὶ Πυλυδεύκης'· ὅμοιον δέ ἐστι σχῆμα ‚εἰ δέ κ' Ἄρης ἄρχωσι

μάχης ἢ Φοῖβος Ἀπόλλων' [Υ, 138] καὶ ‚ἔνθα ῥόας Σιμόεις συμβάλλετον ἠδὲ Σκάμανδρος'. Hoc scholium Aristarcheum esse haud facile est colligere. Haec adeo inter se concinunt, ut nulla possit esse dubitatio. Ceterum ex fonte Aristarcheo hausisse videtur Herodianus ea, quae de schemate Alcmanico disputavit [περὶ σχημάτων 61] . . . τέσσαρα δὲ παρὰ τῷ ποιητῇ τοιαῦτα· ‚ἧχι ῥοὰς Σιμόεις συμβάλλετον ἠδὲ Σκάμανδρος. πλεονάζει δὲ τοῦτο τὸ σχῆμα. παρ' Ἀλκμᾶνι τῷ λυρικῷ, ὅθεν καὶ Ἀλκμανικὸν ὠνόμασται· εὐθὺς οὖν ἐν τῇ δευτέρᾳ ᾠδῇ παρείληπται ‚Κάστωρ τε πώλων ὠκέων ϑαμάντορες [l. δματῆρες] ἱππόται σοφοὶ καὶ Πολυδεύκης κυδρός'. Disputavit de hoc schemate Wilprecht, *de schemate Pind. et Alcman.* dissert. Vratisl. 1878.

46) Pyth. IV, 183: ἄνδρας πτεροῖσιν || νῶτα πεφρίκοντας. schol.: τὸ δὲ πεφρίκοντας ἀντὶ τοῦ διακινοῦντας. φρίξ γὰρ κυρίως ἡ ἠρεμαία τῶν κυμάτων κίνησις. Haec explicatio Aristarchea mihi videtur esse. In Homero de φρίξ disputavit haec: [schol. Φ, 126] ' διπλῆ πρὸς τὸ σημαινόμενον... ὁ δὲ ποιητὴς οὐδέποτε φρίκην τὸ Ψῦχος εἴρηκεν, ἀλλὰ τὸ ἐκ γαλήνης πρῶτον ἐξορθούμενον κῦμα. cf. schol. δ, 402: φρικὶ... ἐκ τῆς ἐπιπολαίου κινήσεως τῶν ὑδάτων. Eustath. ad. H, 63: ὅτι φρῖκα Ζεφύρου καλεῖ τὴν πρώτην ἠρεμαίαν αὐτοῦ κατὰ θαλάσσης ἐπίπνοιαν. Hanc, quam vindicat vocabulo φρίξ significationem ‚movendi', in verbum φρίσσειν transtulisse videtur Aristarchus; cf. quae de πεφρικυῖαν ad. Isthm. V (VI), 40 idem statuit.

47) Pyth. V, 4: ὁ πλοῦτος εὐρυσθενής
ὅταν τις . . . αὐτὸν ἀνάγῃ
πολύφιλον ἑπέταν.

schol.: πολύφιλον δέ φησιν ἑπέταν, ἐπειδὴ τῷ πλουτοῦντι πολλοὶ ἕπονται. οὕτω δὲ Ἀρίσταρχος. ἔστι μὲν χωρὶς τὸ πολύφιλον λέγειν, χωρίς δὲ τὸ ἑπέταν. τοιοῦτος ἐστι τῷ ἔχοντι ὀπαδός, ὥστε πολλοὺς φίλους ποιεῖν. ἔστι δὲ καὶ συναμφότερα ἀκούειν· ᾧ πολλοὶ φίλοι ἕπονται. Aristarchus structuram ita intellexit, ut πολύφιλος appositio esset vocabulo ἑπέταν, quum alii idem praedicative connexum putarent cum ἑπέταν.

Utramque inter interpretationem nihil fere interest; immo eodem spectat utraque.

48) Pyth. V, 23: πάντι μὲν θεὸν αἴτιον ὑπερτιθέμεν,
φιλεῖν δὲ Κάρρωτον ἔξοχ' ἑταίρων, . . .

schol. Vat. B [apud Momms. adn. crit.] ἐπὶ παντὸς πράγματος δεῖ φησι τῷ θεῷ τὴν αἰτίαν ἀνάπτειν, ὑπερτιθεῖν τε καὶ φιλεῖν. οὕτως Ἀρίσταρχος ἀντὶ τοῦ φίλει. *Ita etiam ed. Rom., nisi quod punctum post Aristarchus omisit, quod deest in Vat.* At Rom. sequenda mihi videtur, nisi violente scholii speciem immutare velis. Unde Aristarchum παντὶ cum αἴτιον connexisse ac verba ὑπερτιθέμεν et φιλεῖν imperative accepisse intellegitur. Huc spectant abrupta scholiastae illa verba: οὕτως Ἀρίσταρχος ἀντὶ τοῦ φίλει. Iam vero id quoque inde efficitur, ut Aristarchus post ἀειδόμενον v. 22 plene interpunxerit novamque a παντὶ sententiam exceperit. Quod quamquam haud inusitatum, tamen facilius rem expedies, si haec verba a λαθέτω pendere concedes cf. Mezger. comment. Pind.

49) Pyth. V, 51. (ἔμπαν). schol.: χρῶνται δὲ τῷ ἔμπαν ἀντὶ περισπωμένου τοῦ ὁμῶς, ὅ ἐστιν ἴσον τῷ ὁμοίως. καὶ γὰρ τὸ ἔμπης ἀντὶ περισπωμένου τοῦ ὁμῶς τάσσει Ὅμηρος· ἔμπης μοι δοκέει δαΐδων· σέλας ἔμμεναι αὐτοῦ καὶ κεφαλῆς' [σ, 353] καὶ πάλιν· ἔμπης ἐς γαῖαν τε καὶ οὐρανὸν' [Ξ, 174] καὶ ἐπὶ τῶν ὁμοίων.

In Homero vocabulum ἔμπης duplicem habere vim Aristarchus bene observaverat; poni enim aiebat et pro ὅμως et pro ὁμοίως cf. Lehrs. Ar. p. 142 ssq. In Pindaro etiam duplex significatio occurrit. Py. IV, 237 et quinque aliis locis pro ὅμως positum est; uno hoc loco, quantum quidem scire possimus, [plura loca in deperditis carminibus fuisse haud negabit quisquam] pro ὁμοίως. Neque igitur dubito, quin Aristarchus de hoc usu adnotarit; a quo et scholium nostrum profectum et Homericos versus citatos crediderim.

50) Pyth. V, 55: κεῖνόν γε καὶ βαρύκομποι
λέοντες περὶ δείματι φύγον,
γλῶσσαν ἐπεί σφιν ἀπένεικεν ὑπερποντίαν.

schol.: Ἀρίσταρχος κατὰ τὸν τόπον φησὶ τοῦτον, καθ' ὃν ἔκτισται ἡ Κυρήνη λέοντας, διατρίβειν πολλούς, τῷ δὲ Βάττῳ τὸν Ἀπόλλωνα δοῦναί τινας ἐπῳδὰς δι' ὧν αὐτοὺς

ἔμελλεν ἀποσοβήσειν καὶ τὸν τόπον ἡμερώσειν. ὑπερποντίαν δὲ αὐτὸν ἐπενέγκαι γλῶσσάν φησι, παρόσον τὴν τοῦ Ἀπόλλωνος φωνὴν ἐκ Δελφῶν εἰς Λιβύην μετήνεγκε.

Subest huic loco antiqua fabula, quae admodum percrebuisse videtur[68]). Battus, homo voce balbutiente et haesitante, oraculum Delphicum de restituenda lingua[69]) consuluit, cui Pythia, ut in Lybiam deduceret coloniam, respondit. Iam Ar. Apollinem Batto consulenti incantationes dedisse existimat, quibus leones in illa, qua urbem aedificaturus esset, regione depelleret. Quas incantationes intellexit Aristarchus dici γλῶσσαν, quam quum Dephis trans mare in Lybiam tulisset Battus, ὑπερποντίαν poeta appellasset. Ar. hanc interpretationem ex verbis poetis elicuit; ergo illa fabula ei non innotuit. Didymus errorem Aristarchi intellexit et refutavit. Cuius de interpretatione scholiasta haec refert: ἐκεῖνον δὲ τὸν Βάττον καὶ οἱ χαλεποὶ λέοντες τῆς Λιβύης εὐλαβηθέντες ἔφυγον γλῶσσαν, ἐπεὶ σφίσιν ἀπένειχεν ὑπερποντίαν. οὐχ ὅτι φησιν Δίδυμος οἱ λέοντες ἐκ φυγῆς ἔφυγον, ἀλλ' ἐπεὶ τὴν ἀπόφασιν ἐκ τῆς Πυθίας ὑπὲρ τὸν πόντον διεκόμισεν. ἐλθόντι γὰρ αὐτῷ εἰς Δελφοὺς καὶ χρωμένῳ, πῶς ἀποκαταστήσει τὴν φωνὴν, παραλιποῦσα τὸ ἐρωτηθὲν ἐκέλευσεν αὐτῷ πόλιν κτίζειν ἐπὶ τῆς Λιβύης. τοιοῦτον οὖν ἐστι τὸ ‚Γλῶσσαν, ἐπεί σφιν ἀπένειχεν', ἐπεὶ τὸν χρησμὸν διεκόμισε. κατὰ γὰρ τὸν χρησμὸν διεβίβασεν ὄχλον καὶ ἔκτισε τὴν Κυρήνην, ἔφυγον δὲ οἱ λέοντες φοβηθέντες τὸ πλῆθος, οὐ τὴν φωνὴν τοῦ Βάττου. Didymus igitur, cui fabula ex Herodoto innotuit, γλῶσσαν de responso Apollinis accepit Aristarchoque opposuit, non fugisse leones Batti incantantis voce territos, sed depulsos multitudine colonorum. Nec vero Didymum sequemur. Viam monstrat Pausan. X, 15, 4: ἐπεὶ δὲ ᾤκισε Βάττος τὴν Κυρήνην, λέγεται καὶ τῆς φωνῆς γενέσθαι ἴαμα. ἐπιόντων Κυρηναίων τὴν χώραν ἐν τοῖς ἐσχάτοις αὐτῆς ἐρήμοις ἔτι οὖσι θεᾶται λέοντα καὶ αὐτὸν τὸ δεῖμα τὸ ἐκ τῆς θέας βοῆσαι σαφὲς καὶ μέγα ἠνάγκασεν. Leones Batti vociferationibus perterritos fugisse, praesertim quum deus ipse ei patrocinaretur, putabimus.

---

68) Herodotus refert de hac falula IV, 155.
69) cf. Pind. Pyth. IV, 61—64.

51) Pyth. V, 61: πόρεν τε κίθαριν.
schol.: τὴν κιθαριστικὴν ἐμπειρίαν Ὅμηρος [B, 827] ‚ᾧ τόξον Ἀπόλλων' ἀντὶ τοῦ τὴν τοξικήν. Haec adnotatio Aristarchum valde redolet; ad B, 827 fere idem adnotavit: ἡ διπλῆ ὅτι οὐ τὸ τόξον λέγει, ἀλλὰ τὴν τοξικὴν ἐμπειρίαν· cf. schol. Ariston. O, 441: ὅτι τόξον λέγει οὐ τὸ σκεῦος τὸ πολεμικόν, ἀλλὰ τὴν τοξικὴν τέχνην.

52) Pyth. VI, 13: πολυφόρῳ χέραδι.
schol.: ἤτοι τῷ κοπρώδει φορυτῷ. φορυτὸς δὲ κυρίως ἡ ἐκ τῆς χαράδρας ἀκαθαρσία. Ὅμηρος· ‚εἰλύσω ψαμάθοισιν ἅλις χέραδος περιχεύας'. χερὰς δὲ ὁ μετὰ ἰλύος καὶ λίθων συρφετός.

Latet in hoc scholio duplex vocabuli χεράς explicatio, altera, quae inde a ἤτοι τῷ κοπρώδει usque ad finem versus Homerici pertinet, altera quae legitur in fine scholii. Posteriorem Aristarchi esse valde mihi probabile est. Secundum Aristonicum idem docuit de χερὰς in Homero ad Φ, 319: ἡ διπλῆ ὅτι ἅπαξ τὸ χέραδος. ἔστι δὲ συναγειρόμενον ἐν τῇ ῥύσει πλῆθος ἰλύος καὶ ὀστράκων καὶ λίθων. Ibidem schol. AD: Ἀρίσταρχός φησι χεράδας καλεῖσθαι τοὺς ποταμοὺς καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς λίθους. cf. Ahrens „Beiträge zur griech. und lat. Etymologie". Lips. 1879, p. 173 sqq. qui de hac re copiosissime egit [70]).

53) Pyth. VI, 4: Πυθιόνικος ἔνθ' ὀλβίοισιν Ἐμμενίδαις ...
schol.: οὐκ ἀπὸ φυλῆς [Ἐμμενίδης inserui] ὁ Ἀρίσταρχος· τοῦ κυρίου γὰρ ὄντος Ἐμμενίδου οὐκ ἂν γένοιτο Ἐμμενίδαι. ἡ δὲ ποιητικὴ παρέκτασις καὶ οἱ σχηματισμοὶ ἐπὶ τῶν κυρίως πατρωνυμικῶν [ἐπὶ deleo] τὰ αὐτῶν τρέπονται [correxi: τρεπόμενα cod.] ὀνόματα, οἷον Ἡρακλείδης καὶ Ἀσκληπιάδης ἔστι μὲν σχήματι πατρωνυμικά, κύρια δέ τινων. εἴ τις οὖν τὸν τοῦ Ἡρακλείδου υἱὸν πατρωνυμικῶς βούλοιτο σημῆναι, ὁμωνύμως ἂν πάλιν πατρὸς Ἡρακλείδην καλοίη.

Aristarchus videtur mihi negasse, e stirpe Ἐμμενίδης formari posse Ἐμμενίδαι. Ac sane vocabulorum ratio eo ducit, ut non tam ab Emmenide, quam ab Emmene gentis denominatio fiat. Itaque dicere mihi videtur Ar.: „non a stirpe

70) Dissenserunt ab Aristarcho et qui in Pindaro χεράς explicavit, interpres et qui in Homero et qui in Apoll. Rhod. A, 1123. cf. Gaede fragm. Demetr. Scep. Gryps. 1880. p. 57. adn. 92.

'Εμμενίδης formatur vocabulum Εμμενίδαι, sed a 'Εμμένης. Si enim 'Εμμενίδης nomen proprium esset, formari non posset 'Εμμενίδαι". Hanc suspicionem confirmat schol. Vratl. A ad. Ol. III, 38: Εὐμενίδαι [l. 'Εμμενίδαι] λέγονται οἱ περὶ Θήρωνα ὡς μὲν οἱ προϋπομνηματισάμενοι, ἀπὸ Εὐμένους [l. 'Εμμένους] τινὸς τοῦ τὴν Φαλάριδος τυραννίδα καθελόντος. ἦν δὲ ὁ Εμμένης Τηλεμάχου παῖς, οὗ γίνεται Αἰνησίδαμος, οὗ Θήρων, οὗ Θρασυδαῖος καὶ Ξενοκράτης [Bö: Φιλοκράτης cod.][71]). Hoc est unum ex notabilibus scholiis, qualia codex Ambrosianus praebere solet. Vocem προϋπομνηματισάμενοι sive ὑπομνηματισάμενοι scholiasta in potissimis ad Aristarchum referre videtur cf. schol. Nem. III, 1. Ol. VI, 55. cf. adnot. 121. Aristarchus in sequentibus verbis ἡ δὲ ποιητικὴ παρέκτασις κτλ. refutatur. Eundem in formis patronymicis satis scrupulosum fuisse intellegimus. Praeter hunc locum hoc ostendit schol. Ol. III, 23, ubi de patronymico Κρόνιος valde dubitavit[72]).

54) Pyth. VII, 18: νέᾳ δ' εὐπραγίᾳ χαίρω τι· τὸ δ' ἄχνυμαι
φθόνον ἀμειβόμενον τὰ καλὰ ἔργα.
φαντί γε μὰν οὕτω κεν ἀνδρὶ παρμονίμαν
θάλλοισαν εὐδαιμονίαν
τὰ καὶ τὰ φέρεσθαι.

schol. Rom.: 'Αρίσταρχός [φησι ins.] συμβεβηκέναι αὐτῷ τι σύμπτωμα περὶ τὴν νίκην ταύτην, ὅθεν καί φησιν [sc. Pind.] ἔν τινι χαίρειν, τὸ δὲ ἄχνυσθαι φθόνου τινος παρακειμένου τοῖς καλοῖς ἔργοις. οὕτω μέντοι γε γίνεσθαι παραμονίμους τὰς εὐδαιμονίας, ἐπὰν ἔχωσί τι κρᾶμα δυστυχήματος.

---

71) Hoc scholium Aristarcho vindicandum puto. In quo non Telemachus dicitur eversisse dominationem Phalaridis, id quod in schol. VII, 38. Rom. refertur, sed Emmenem. Porro differentia est inter utrumque scholium de Xenocrate.

72) Videtur mihi etiam Aristarchea esse ea quae latet in schol. Ol. VII, 171, adnotatio, ubi gens Erastidarum non ab Erastide quodam, sed ab Erasto vel ab Eraste ducitur. Etiam schol. Nem. VII, 103 Aristarcheum videtur: Εὐξενίδᾳ] Εὐξενίδην δὲ εἶπεν ὡς ἀπό τινος Εὐξένου τῆς ὅλης φρατρίας ἀφηγουμένου, ὡς Σκοπάδας καὶ 'Αλευάδας εἴωθε καλεῖν τοὺς Θεσσαλοὺς καὶ 'Εμμενίδας [nempe ab 'Εμμένης] τοὺς ἐπὶ Σικελίᾳ· sequitur oppositio: ἢ εὐξενίδας ἀντὶ τοῦ εὐξένους κτλ.

ἔοικε δὲ τὸ περὶ τὴν τοῦ Ἱπποκράτους τελευτὴν περὶ τοῦτον τὸν καιρὸν ἀπηντηκέναι, εἰς ὃν καὶ θρῆνον γράφει ὁ Πίνδαρος. ἦν δὲ ὁ Ἱπποκράτης συγγενὴς τοῦ νικηφόρου.

Aristarchus poetam ad certum factum alludere ratus, huius victoriae temporibus Hippocratem, cognatum Megaclis victoris, [secundum Boeckhium patruum Megaclis, filii Clisthenis legislatoris] mortuum esse conclusit. At quoniam Aristarchi studia historica non sunt solida, atque ipse dicit, e coniectura se Hippocratis mortem, quae ex threno Pindari ei innotuit, huc referre, non licet eum sequi. Immo odium publicum, in quod familia longe nobilissima iam dudum incurrerat, ad explicandum Pindari versum sufficit.

Ceterum Aristarchus in v. 16 scripsisse videtur χαίρω τι, quod quidem e scholio colligi possit. cf. Momms. adn. crit. Egregie de hoc loco disputavit G. Hermannus [opusc. III] qui inter alia recte posuit sensum esse: *partim gaudeo, partim doleo*'. Idem putat Ar. legisse: χαίρω τό. τὸ δ', de qua lectione merito dubitavit Mommsenus.

55) Nem. I, 3: . . . κλεινᾶν Συρακοσσᾶν θάλος Ὀρτυγία,
3. δέμνιον Ἀρτέμιδος,
Δάλου κασιγνήτα . . .

schol.: ὁ μὲν Ἀρίσταρχος τὴν Ὀρτυγίαν ἀκούει διὰ τὸ κατ' ἐνίους αὐτόθι δοκεῖν αὐτὴν γεγενῆσθαι.

Aristarchus δέμνιον Ἀρτέμιδος sic intellexit, ut Diana Ortygia, qua in insula Syracusae sitae essent, nata[73]) esse diceretur. Δάλου κασιγνήτα autem idem credidit dici, quod Apollo, frater Dianae ibi natus esset. Erravit Aristarchus; neque enim de origine Dianae quidquam dicit poeta qui, ut Boeckhius vere obicit, ‚*paullo significantius verbum eligere debebat, quam* δέμνιον, *in quo non necessario inest ista notio, quam Aristarchus ponit*'. Melius locum explicavit alius interpres, ἔχοι δ' ἂν οὐ φαύλως δέμνιον Ἀρτέμιδος λέγεσθαι τὴν Ὀρ-

---

73) Praeter vulgarem opinionem percrebuerat etiam altera [τὸ κατ' ἐνίους δοκεῖν schol.] Ortygia esse natam Dianam. cf. hymn. in Apoll. Del. 16. τὴν μὲν ἐν Ὀρτυγίῃ, τὸν δὲ κραναῇ ἐνὶ Δήλῳ. Strabo XIV, 639. schol. Apoll. Rhod. I, 419. Starck: „Ber. d. sächs. Gesellsch. f. Wissensch. 1856. p. 62. Quam traditionem Aristarcho innotuisse in promptu est.

τυγίαν, οἷον διαίτημα καὶ διατριβήν. Quidni enim dixerit poeta δέμνιον insulam, ubi amet dea verseturque libentissime? Quod si tenes, Ortygia Deli soror est, quum et nomen habeat idem et pariter amata sit Dianae. cf. Bö. expl. p. 351.

56) Nem. I, 24:

λέλογχε δὲ μεμφομένοις ἐσλοὺς ὕδωρ καπνῷ φέρειν
ἀντίον. τέχναι δ' ἑτέρων ἕτεραι.

schol.: Ἀρίσταρχος οὕτω· τοῖς δὲ τοὺς ἀγαθοὺς μεμφομένοις τοῦτο λέλογχε καὶ ὑποκείμενόν ἐστιν, οἷον ἀκολουθεῖ, ὥσπερ καπνῷ ὕδωρ φέρειν ἀντίον [καὶ] κατασβεννύναι. καταλείπεται δὲ τῇ ἀρχαίᾳ σημασίᾳ τὸ Ἐσλός. ἡ [γὰρ Bö.] ἀντίστροφος ἀπῄτει τὸ υ. ταῖς δὲ τοιαύταις παραβολαῖς χρῆται ἀποτόμως, οὐ λέγων καθάπερ. καὶ ὁ μὲν Ἀρίσταρχος ταῦτα.

Felici casu amplius nobis fragmentum commentarii Aristarchei servatum est, quod haud exiguam et oblectationem et utilitatem adfert. Primum enim, quod quidem ad criticam pertineat, Aristarchus adiectivum ἐσλος in manuscriptis, quae ei in manibus erant, hauddum in ἐσλοὺς translatum invenit. Id inde liquido constat. ΕϹΛΟϹ antiqua scriptura aut ἐσλὸς aut ἐσλοὺς aut ἐσλὼς esse poterat; Aristarchus recte resolvit ἐσλούς, alii perperam ἐσλώς, quem accusativum doricum Pindarus usurpare non solet. De interpretatione huius loci Aristarchea, sic statuo: ‚iis qui bonos vituperant, hoc [sc. vituperatio] insitum et innatum est, velutsi igni ac fumo aquam admoveant, ut restinguant'; cuius explicationis sententia haec est: sicut aqua fumus restinguitur, ita obtrectatores, ut gloriam bonorum minuant, student. Aristarchus in verbis comparationem esse statuit Pindarum adnotans, ut alias, ita hoc loco particulam comparativam omisisse[74]). Quam interpretationem[75]) haud dubito sequi; ac ne offendas in structura imperso-

---

74) De hac re bene disputavit Boeckh acta academ. Berol. 1822|83. cf. Peter. de dialecto Pind. p. 35. Lehrs. Arist. p. 355.

74) Exposuisse dicitur de hac Pindari proprietate Schneiderus „Versuch über Pindars Leben und Schriften S. 130 ff." quem librum inspicere me non potuisse doleo.

75) Veteres non omnes Aristarchum secuti sunt. Sunt enim, qui μεμφόμενοι legisse et sic explicasse videantur, ut λέλογχε figura Pindarica [de qua postea disseram] pro λελόγχασι positum putarent cf. schol.: ὅτι

nali λέλογχε μεμφομένοις, velim adeas Nem. II, 6, ubi ὀφείλει de impersonali verbo accipi oportet. Iam vero ex illa de consuetudine Pindari adnotatione concludere licet, ubicumque in comparatione particulam omissam putaret Aristarchus, id eum adnotasse. Nec desunt vestigia in scholiis. schol. Pyth. III, 66. λείπει τὸ ὡς καὶ περιττεύει ὁ τε. ἔστι γάρ· ὥσπερ πῦρ ἐμπεσὸν ὄρει πολλὴν ὕλην φλέγει, οὕτω τὸ ἁμάρτημα τῆς Κορωνίδος πολλοὺς ἔφθειρεν. schol. Ol. II, 131. λείπει τὸ ὡς. ἵν' ᾖ· ὡς χρυσοῦ φλέγει ἄνθη. schol. Ol. XI, 13. cod. Vratl. D: προςυπακουστέον δὲ τὸ ὡς, ἵν' ᾖ· ὡς ψῆφον ἑλισσομένην, οὕτω καὶ τὸ κῦμα κατακλύσει αὐτὴν [sc. μέμψιν]. cf. cod. Vratl. A: ἰδίωμα δέ ἐστι Πινδάρῳ οὕτως ἐλλείπειν τὸ ὡς. schol. Pyth. IV, 514. λείπει τὸ ὡς. schol. Pyth. IX, 107. ἵνα τὸ ὥσπερ ἔξωθεν ὑπακούσωμεν. -Quarum adnotationum quin sub nonnullis Aristarchus lateat, haud dubito.

57) Nem. I, 25: χρὴ δ' ἐν εὐθείαις ὁδοῖς στείχοντα μάρνασθαι φυᾷ.

schol.: Μάρνασθαι οὖν Ἀρίσταρχος ἀντὶ τοῦ μάχεσθαι καὶ ἀντερίζειν χρώμενον φύσει κατὰ τρόπον καὶ μηδὲν παρὰ φύσιν πράττειν. [nonne πράττοντα?] μήποτε δὲ τὸ μάρνασθαι οὐκ ἔστι μάχεσθαι, ἀλλ' ἐνεργεῖν, ὥς φησι Δίδυμος, καὶ πραγματεύεσθαι, ὥστε εἶναι τὸ κεφάλαιον τῷ λόγῳ· προςήκει δὲ εὐθὺ ἀδόλως πράττειν καὶ ἣν εἴληχεν ἕκαστος φύσιν ἢ ἔργῳ ἢ γνώμῃ.

Aristarchum bene refutavit Didymus. Est enim in vocabulo μάρνασθαι notio quaedam operandi et vi et animo: Eo ducunt sequentia poetae verba coniunctione γὰρ annexa: πράσσει γὰρ ἔργῳ μὲν σθένος, βουλαῖσι δέ φρὴν . . . Didymum sequitur paraphrasta[76]).

τὸ λελογχεν ἑνικῶς εἶπεν ἀντὶ τοῦ λελόγχασι· λελόγχασι δὲ οἱ καταμεμφόμενοι καπνῷ ὕδωρ ἐπιφέρειν. Quod frustra Mommsenus in adn. critica improbat. Porro sunt, qui aliter atque Aristarchus, personaliter λέλογχε positum iudicent cf. schol. ο[ἷός insero] ἐστι τοὺς ἐχθομένους αὐτῷ [οἷός ἐστι deleo] καταπραΰνειν ὥσπερ καπνῷ ὕδωρ ἐπιφέρων. Aristarchea explicatio occurrit etiam in hoc scholio: ὡς ὕδατι καπνὸν σβεννύουσι καὶ πῦρ, οὕτω τοὺς ἐσλοὺς σβεννύουσιν οἱ φθονεροὶ μεμφόμενοι.

76) Aristarchum sequi videtur alius interpres, cuius nomen mutilatum in scholiis puto. Rom. praebet: Ἄριστον οὖν· χρὴ καθ' ἣν γεγένηταί τις

58) Nem. I, 33:

ἐγὼ δ' Ἡρακλέος ἀντέχομαι προφρόνως
ἐν κορυφαῖς ἀρετᾶν μεγάλαις ἀρχαῖον ὀτρύνων λόγον ... κτλ.

schol.: ὁ μὲν οὖν Ἀρίσταρχός φησιν ὅτι οἴονταί τινες, ὅτι ὑπόθεσις αὐτῷ ἐδέδοτο τοιαύτη, ὥστε μνησθῆναι τοῦ θεοῦ, ὅπερ ἐστιν, ὡς καὶ Ἀρίσταρχός φησιν, ἀπίθανον. μήποτε δὲ ὅτι ἀεὶ ὁ Πίνδαρος ἐπαινεῖ τοὺς φύσει μᾶλλον τῶν ἐκ διαδαχῆς περιγινομένων, ὁ δὲ Ἡρακλῆς τοιοῦτος. τοῦτο δὲ ἀπίθανον.

Aristarchus postquam aliorum interpretum sententiam reiecit putantium, fundamentum quoddam historicum huic de Hercule narrationi subesse, quod ad Chromium pertineret, ipse dicit, poetam solere homines natura praestantes magis laudare quam institutione eruditos [77]).

Quam explicationem parum sufficere Didymus intellexit. Nam ea quae Aristarchus reprobaverat, repetens comparari aiebat hanc narrationem cum victoria Chromii, quae, sicut prima pugna Herculis praenuntia fuisset aliarum, spem futurarum victoriarum adferret. Neque tamen verum vidit. Cui L. Schmidtius recte opponit, ut iusta analogia esset, Chromicum, sicut Herculem, prima iuventute aliquid praeclari fecisse oportere, quod futura praeclara facta praenuntiaret. Idem igitur quum Chromius in pugna ad Helorum commissa fortem se virum praestitisset, id quod omnibus notum erat [78]), Pindarum ad hoc factum allusisse suspicatur: praenuntiare poetam, Chromium, adolescentem iamiam clarum, multa praeclara facta gesturum, sicut Tiresias Herculem puerulum clarum fore praenuntiasset.

φύσιν, ταύτῃ ἀκολουθεῖν καὶ μὴ βιάζεσθαι αὐτὴν εἰς ἄλλα τρέποντα μηδὲ τῷ φθόνῳ μάρνασθαι πρὸς ἀγαθούς, ἄλλα συνασκεῖν, ἅτις ἔχει ἐκ φύσεως. Ego verba ἄριστον οὖν corrupta censeo. reponendum videtur Ἀριστόνικος οὖν, de quo interprete Pindari cf. Bö. praef. scholl. p. 16.

77) Noli dubitare Aristarcho etiam haec adnotationes vindicare: schol. Nem. III, 75. (43 M,) διαπαντὸς δὲ ὁ Πίνδαρος μᾶλλον τὰ ἐκ φύσεως ἀγαθὰ τῶν ἐκ διδασκαλίας περιγινομένων [correxi: παραγινομένων cod.] προκρίνει. schol. Nem. VII, 1 . . . ὅτι τοὺς ἐκ φύσεως ἀγαθοὺς ἐπαινεῖ πάντοτε ὁ Πίνδαρος μᾶλλον τῶν ἐκ διδασκαλίας.

78) Haec commemorat Pindarus Nem. IV, 45 ubi cf. schol.

59) Nem. II, 6: ὀφείλει δ' ἔτι, πατρίαν
εἴπερ καθ' ὁδὸν νιν . . .
θαμὰ μὲν Ἰσθμιάδων δρέπεσθαι κάλλιστον
ἄωτον, ἐν Πυθίοισί τε νικᾶν
Τιμονόου παῖδ'. ἔστι δ' ἐοικός . . . κτλ.

schol.: Ἀρίσταρχος δὲ ,οὐκ ἐπὶ τοῦ ἀνδρὸς τὸ ὀφείλει, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ πράγματός' φησιν, ὡς ἄν τις εἴπῃ [Wilam. εἴποι] ὀφειλόμενον δ' ἔτι [sic. Momms. pro δέ τι] ἐστίν. οὕτω γὰρ τὰ ἑπόμενα συναρμοσθήσεται, ὅταν λέγηται· Πυθίοισί τε νικᾶν Τιμονόου παῖδα'. οὐ γὰρ εἴρηκε παῖς.

Aristarchus structuram recte intellexit. Quum enim alii ὀφείλει personaliter poni voluissent, ipse de impersonali verbo, unde penderet accusativus cum infinitivo Τιμονόου παῖδα δρέπεσθαι, accepit. Haud fefellit Ar. rara et inusitata structura, qualem idem perspexerat a Pindaro adhibitam esse Nem. I, 24 [λέλογχε κτλ.]. Satis firmatur etiam hoc scholio lectio παῖδ', quam Ar. in manuscriptis invenit, simulque apparet, eundem post παῖδ' plene interpunxisse.

60) Nem. II, 10: . . . ἔστι δ' ἐοικὸς
ὀρειᾶν γε Πελειάδων
μὴ τηλόθεν Ὠαρίωνα νεῖσθαι..

schol.: Ἀρίσταρχος δὲ ἐν τούτοις μὲν ταῖς Πλειάσι φησι τὸν Ὠρίωνα ἐπέχειν, ἐν ἄλλοις δὲ τὴν Πληιόνην [cod. Πλειάδα: corr. Wilam.] φησι αὐτὸν διώκειν ὑποτιθέμενος τὸ σύστημα τῶν Πλειάδων ἐν ζῴδιον. θέλοι δ' ἂν τοῦτο δηλοῦν ὅτι τῇ Νεμεακῇ δεῖ συνάπτειν τὴν Ἰσθμιακὴν καὶ Πυθικὴν καὶ οὕτως ἀκολουθεῖν ὡς ταῖς Πλειάσιν ὁ Ὠρίων ἕπεται. ἐπέχει γὰρ τῇ ἐπιτολῇ τοῦ Ταύρου ὁ Ὠρίων κυνηγετικὸς ὤν. διὸ φησιν Ἄρατος· ,λοξὸς μὲν Ταύροιο τομῇ ὑποκέκλιται αὐτὸς Ὠρίων' [Phaenom. 257].

Aristarchum, quippe qui Pindari et consuetudines et proprietates attente observarit, haud fugit, quum Pindarus Pleionen, Pleiadum systemate in unum astrum conlato, persequentem faceret Orionem, hoc loco Orionem instare Pleiadibus dici. Occurrit Ar. adnotatio etiam in hoc scholio: εἰσὶ δὲ αἱ Πλειάδες ἐπὶ τῇ οὐρᾷ τοῦ Ταύρου καί ὅτι μὲν Πλειάδας καλεῖ πληθυντικῶς, ὅτε δὲ Πληϊόνην ὡς μίαν ,Τρεχέτω δὲ μετὰ Πληϊόναν ἅμα δὲ αὐτῷ κύων' [Bergk.[4] fragm. Pind. 74].

61) Nem. II, 13:

καὶ μὰν ἁ Σαλαμίς γε θρέψαι φῶτα μαχατὰν
δυνατός. ἐν Τροΐα μὲν Ἕκτωρ Αἴαντος ἄκουσεν.

schol.: ὁ μὲν οὖν Ἀρίσταρχός <φησι> τῆς Αἰαντίδος φυλῆς εἶναι. [sc. Τιμόδημον] οὐκ ὀρθῶς δέ φησιν. οἱ γὰρ Ἀχαρνεῖς τῆς Οἰνηΐδος φυλῆς εἰσίν.

Aristarchus cur poeta de Salami dixerit disquirens, rem quae non fuit, commentus est. Incuriosus enim cuiusquam testimonii, — Philochorum inspicere licuit — Acharnas esse phylae Aeantidos finxit. Hoc igitur omnino missum faciemus. Neque vero Didymus rem explicavit. Iam vero Asclepiades adnotat, cleruchos Atticos Salamim insulam occupasse. Hoc si tenes, rem facile expedies. cf. Wilamowitzium in Herm. XII, 342.

62) Nem. III, 1:

ὦ πότνια Μοῖσα μᾶτερ ἁμετέρα, λίσσομαι . . .
ἵκεο Δωρίδα νᾶσον Αἴγιναν. ὕδατι γὰρ
μένοντ' ἐπ' Ἀσωπίῳ μελιγαρύων τέκτονες
κώμων νεανίαι, σέθεν ὄπα μαιόμενοι.

schol.: ὁ μὲν οὖν Ἀρίσταρχός φησιν ἤτοι τὸν χορὸν ὑπὸ [τὸν inserui] τῆς νίκης καιρὸν αὐτοσχέδιόν τινα ἐπίνικον ᾆσαι ἢ τὸν Ἀρχιλόχου Καλλίνικον, οὗ καὶ Πίνδαρον μνημονεύειν διὰ τούτων· ʽτὸ μὲν Ἀρχιλόχου μέλος φωνᾶεν' καὶ τὰ ἑξῆς. μεταβάντος οὖν τοῦ χοροῦ εἰς τὴν Αἴγιναν καὶ μέλλοντος ᾄσειν τὸν ὑπὸ Πινδάρου πεποιημένον ὕμνον εἰκότως φάναι· ʽὕδατι γὰρ μένοντ' ἐπ' Ἀσωπίῳ μελιγαρύων τέκτονες κώμων νεανίαι' [79]).

---

79) schol. corruptum emendare conatus sum. Praebet codex haec . . . ἤτοι τὸν χορὸν ὑπὸ τῆς νίκης τὸ ἱερὸν κτλ. cf. schol. Ol. IX, 1. κεκράτηκεν οὖν ἐπὶ πάντων τῶν νικηφόρων παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν τῆς νίκης ἐπᾴδεσθαι τὸ κόμμα cf. etiam schol. Py. X. 95: τὴν μέριμνάν τις . . . τελειώσας ὑπὸ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον προσηνῶς διάγει.

Boeckhius saepius scholia reliquit integra, quae emendatione omnino egent. In schol. Ol. VII, 24 σύνηθες τῷ Πινδάρῳ τὰ τῶν Νηρηΐδων ὀνόματα κατὰ τῶν πόλεων τῶν ὁμωνύμως λεγομένων τάττειν καὶ τοὔμπαλιν. ἔστι δὲ ὅτε καὶ συμπλέκειν ὥσπερ καὶ νῦν, pro Νηρηΐδων reponendum Ἡρωΐδων quis neget? schol. Ol. VIII, 31 pro Αἴσων reponendum esse Ἀρίων vidit Wilam. praeter alia afferam schol. Ol. VI, 146. Pyth. IX, 6. Nem. VIII, 12. Ol. VIII. 138.

Aristarchus Ἀσώπιον ὕδωρ intellexit dici de Asopo flumine, qui haud procul a Nemea fluit: ibi quum vicisset, victorem carmine concelebratum esse; in insula autem Aegina eundem chorum victorem postea cantasse. Coniunxit igitur Ar. ἐπ' Ἀσωπίῳ ὕδατι cum τέκτονες νεανίαι supplens participium ᾀσάμενοι. Perperam eum de hac re exposuisse et iudicasse non est, quem fugiat; structurae enim verborum tam obliquae ac quodammodo intolerabili fides haberi nequit. Accedit alterum, quod Aristarchi sententiam reiiciat, argumentum. Si enim, quid verba ὀψέ περ in v. 76. sibi vellent, Aristarchus perspexisset, — quem locum eum perperam explicasse luce clarius est — hoc epinicium longum post illam victoriam tempus et scriptum esse et cantantum intellexisset[80]).

63) Nem. III, 10: ἄρχε δ' οὐρανῷ πολυνεφέλᾳ κρέοντι θύγατερ . . . ὕμνον.

schol.: Αἰολικῶς ἀντὶ οὐρανοῦ. καὶ ὁ μὲν Ἀρίσταρχος Οὐρανοῦ θυγατέρα τὴν Μοῦσαν δέδεκται, καθάπερ Μίμνερμος καὶ Ἀλκμὰν ἱστοροῦσιν. ὁ δὲ Ἀμμώνιος προςτίθησιν, ὅτι διὰ τοῦτο κρέοντα κέκληκε τὸν Οὐρανὸν, ὅτι πρὶν Κρόνον βασιλεῦσαι, οὗτος ἐβασίλευσεν.

Ex his Aristarchum legisse apparet: οὐρανῷ πολυνεφέλᾳ κρέοντι θύγατερ, ita ut pro genitivo οὐρανοῦ π. κρέοντος dativum positum putaverit, cf. insequens schol. scilicet Aristarcheum: ἤλλακται δὲ ἡ πτῶσις ἀντὶ τοῦ τοῦ πολυνεφέλου οὐρανοῦ θύγατερ. Citaverat Aristarchus Alcmanem et Mimnermum, quorum uterque a communi opinione abhorrens Urani filiam facit Musas. Vestigium deprehendimus apud Diodorum IV, 7. οἱ πλεῖστοι τῶν μυθογράφων καὶ μάλιστα δεδοκιμασμένοι φασι θυγατέρας εἶναι Διὸς καὶ Μνημοσύνης. ὀλίγοι δὲ τῶν ποιητῶν, ἐν οἷς ἐστι καὶ Ἀλμὰν, θυγατέρα ἀποφαίνονται Οὐρανοῦ καὶ Γῆς. Idem de solo Mimnermo dicitur apud Paus. IX, 29. De hac re velim adeas quae disputavit Wilamowitzius in commen-

80) Rectius Callistratus locum expedivit. schol. ὁ δὲ Καλλίστρατος Ἀσωπίδα Αἴγιναν [Wilamow: ἐν Αἰγίνῃ cod.]. De cuius interpretatione cf. quae disputavit R. Schneider [post Nauckii Aristoph. Byzans]. Callistrato propinquasse videtur Didymus: ὁ δὲ Δίδυμος διηπατῆσθαί φησιν τοὺς ὑπομνηματισαμένους [sc. Ar. cf. adnot. 121.] τῇ ὁμωνυμίᾳ τῶν ποταμῶν. οἱ γὰρ Ἄσωποι πλείους, ὧν ἕνα φησὶν [sic. Bö.; cod. φασίν] εἶναι καὶ τὸν ἐν Αἰγίνῃ.

tariolo grammatico II. p. 11 (Gryps. 1880). Iam videtur traditum fuisse οὐρανῶ πολυνεφέλα, quod αἰολικῶς ἀντὶ οὐρανοῦ dictum creditur, scilicet aeolice et genetivus est et dativus. Ferri hoc nequit. Traditum erat οὐρανῶ, genetivus etiam doricus, qui in papyro Pindari item est. ergo habemus ἄρχε δ' οὐρανοῦ πολυνεφέλα κρέοντι κτλ. In his Musa filia dicitur Iovis, regis caeli nubilosi. Iupiter νεφεληγέτης est, in caelo imperat. Hanc poetae sententiam esse recte videtur intellexisse Didymus, cuius nomen casu exstinctum facile licet restituere. [cf. adnot. 55.]: βέλτιον δέ φησιν [sc. melius quam Ar. quem refutat] ὁ [Δίδυμος] ἀκούειν τὸ ὅλον οὕτω· ‚τοῦ πολυνεφέλου κρέοντος οὐρανοῦ θύγατερ, τοῦ Διός. κρέων γὰρ οὐρανοῦ ὁ Ζεύς, Διὸς δὲ Μοῦσαι'.

64) Nem. III, 43: μένων Φιλύρας ἐν δόμοις.

schol.: ἀπὸ τῆς μητρὸς ἀντὶ τοῦ ἐν τοῖς τοῦ Χείρωνος ἀκουστέον. παρὰ μὲν γὰρ Ὁμήρῳ παιδεύεται διδασκόμενος τὴν ἰατρικήν, παρὰ δὲ τοῖς νεωτέροις καὶ τρέφεται παρὰ Χείρωνι.

Sub his Aristarchum latere haud dubito concludere. Idem enim adnotaverat in commentario Homerico ad Λ, 382: ἡ διπλῆ ὅτι Ὅμηρος δεδιδάχθαι μέν φησιν ἐνταῦθα τὴν ἰατρικὴν ὑπὸ Χείρωνος τὸν Ἀχιλλέα, περὶ μέντοι τῆς παρ' αὐτῷ τροφῆς οὐδὲν συνέστακεν, cf. schol. I, 486: οὐκ οἶδεν ὁ ποιητὴς παρὰ Χείρωνι αὐτὸν τραφέντα ἀλλ' οἱ νεώτεροι, quod scholium Aristarcho vindicandum puto.

Aristarchus hoc loco, quid interesset inter narrationes Homeri et recentiorum poetarum, id est posthomericorum, [cf. Lehrs. Ar. p. 105, et adnot. 9.] adnotavit.

65) Nem. III, 72:

ἐν παισὶ νέοισι παῖς, ἐν ἀνδράσιν ἀνήρ, τρίτον
ἐν παλαιτέροισι μέρος. ἕκαστον οἷον ἔχομεν
βρότεον ἔθνος. ἐλᾷ δὲ καὶ τέσσαρας ἀρετὰς
ὁ θνατὸς αἰών, φρονεῖν δ' ἐνέπει τὸ παρκείμενον.

schol.: Ἀρίσταρχος· τρεῖς μὲν τὰς καθ' ἡλικίαν ἀρετὰς[81]) προεξηρίθμηται, τὸ ἐν παισὶ εἶναι παῖδα καὶ τὸ ἐν ἀνδράσιν ἄνδρα καὶ τὸ ἐν παλαιοτέροις παλαιότερον. καὶ

---

81) cod. καθ' ἡλικίαν, ἃς κτλ: corr. Hartungus.

τετάρτην δέ φησιν ἐλᾶν ἀρετὴν τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον. τετάρτη οὖν ἐστιν ἀρετὴ αὕτη πρὸς αἷς εἴρηκεν, ὡς δεῖ περὶ τοῦ παρόντος φροντίζειν καὶ μὴ περὶ τῶν ἐσομένων πάντων, ἀλλὰ πρὸς τὸ παρὸν δύνασθαι ἁρμόζεσθαι.

Hucusque pertinere mihi videntur, quae ex ipso Aristarchi commentario fluxerunt; neque igitur aut cum Bergkio facio aut cum Grummio [Progr. Bielefeld 1866. p. 13] qui sequentia scholiastae verba et ipsa Aristarcho vindicanda putare videantur. In his enim eadem atque in Aristarcheo fragmento exponuntur. Immo ea verba sunt ab alio scholiasta profecta, ante quae paragraphus Boeckhiana ponenda est. Iam Aristarchus legisse videtur ὁ θνατὸς[82]) αἰών, neque dubitabimus idem quin legerit ἐλᾷ δὲ καὶ τέσσαρας ἀρετάς[83]). Id vero diiudicari nequit nec scripseritne in v. 72 τρίτον an τρίτος nec quo μέρος rettulerit. Videntur enim veteres quidam μέρος cum ἕκαστον coniunxisse, quod quidem efficiatur e schol.: προςληπτέον ἔξωθεν παλαιός. cf. hoc schol.: ἐπίσταται ὁ νικηφόρος ἕκαστον μέρος τῶν προλεχθεισῶν ἡλικιῶν, οἷον μέρος ἐλάχομεν τὸ βρότειον ἔθνος.

66) Nem. IV, 3:

Ἄριστος εὐφροσύνα πόνων κεκριμένων
ἰατρός. αἱ δὲ σοφαὶ
Μοισᾶν θύγατρες ἀοιδαὶ θέλξαν νιν ἁπτόμεναι.

schol.: τὸ νίν Ἀρίσταρχος ἐπὶ τῆς εὐφροσύνης ἀκούει, ὥστε εἶναι λόγον· αἱ δὲ τῶν Μουσῶν θυγατέρες, αἱ ᾠδαί, τουτέστι τὰ ποιήματα, ἁπτόμεναι αὐτὴν τὴν εὐφροσύνην ἔθελξαν τὴν τοῦ ἀνθρώπου, ὅταν ἐγκωμιάζηται.

Bene Aristarchus rem perspexit. Initium enim carminis totum de hilaritate agit: hilaritas est optimus medicus malorum '*Hunc medicum nempe hilaritatem demulcent cantus necquidquam magis recreat fessos*'. [Momms. in adn. crit.] Frustra

---

82) Praebet cod. D μακρὸς αἰών, cod. B[et apographon] θνατός ἐών qua in lectione ἐών pro αἰών errore ortum esse elucet, id quod iam Ceporinus intellexit. Ceterum articulum ὁ, quem libri non exhibent, Triclinius demum quum una syllaba deficiat, e coniectura reposuit.

83) Repudiandae igitur sunt coniecturae Bergkii[4], ingenuose licet coniectantis, et Hartungi ad coniecturas firmandas scholium Ar. temere sic emendantis: . . . καὶ τετάρτην δέ φησιν φέρειν (!) ἀρετὴν τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον, ad quod perperam adnotat: *d. h.* μακρὸς αἰών].

contra Aristarchum Didymus contendit, νιν ad πόνον esse referendum.

67) Nem. IV, 33:

τὰ μακρὰ δ' ἐξενέπειν ἐρύκει τεθμὸς
ὧραί τ' ἐπειγόμεναι·
ἴυγγι δ' ἕλκομαι ἦτορ νεομηνίᾳ θιγέμεν.

schol.: Ἀρίσταρχος· εἰς νουμηνίαν ἐπιοῦσαν ὑποκείμενόν ἐστιν αὐτῷ ἀποδοῦναι τὸν ἐπίνικον. πάντα γάρ, φησίν, τὰ περὶ τὸν Ἡρακλέα καὶ Ἀλκυονέα μακρῶς διελθεῖν κωλύομαι. ποῖος δὲ τεθμός; ὁ νόμος τοῦ ἐγκωμίου. ὁ νόμος οὖν τοῦ ἐγκωμίου, φησί, κωλύει με μακραῖς παρεκβάσεσι χρῆσθαι [84]).

Aristarchus θιγέμεν νουμηνίᾳ censet accipiendum de die, quo carmen nempe de novilunio cantandum, τεθμός autem; de legibus quas poetae in epiniciis componendis observare debebant. Eas esse putavit Ar. angustias carmini circumscriptas, quae ne plura de Hercule dissereret, Pindarum impediebant.

68) Nem. IV, 93: οἷον αἰνέων κε Μελησίαν ἔριδα στρέφοι...
schol.: ὁ Ἀρίσταρχος ψιλοῖ τὸ οἷον. ὁ δὲ λόγος· μόνον ἄν τις ἐπαινῶν τὸν Μελησίαν τὰς ἀντιωμένας [85]) ἔριδας παρὰ τῶν ἄλλων στρέφοι καὶ καταπαλαίοι καὶ καταγωνίζοιτο. δύναται δὲ καὶ δασέως ἀναγινώσκεσθαι τὸ οἷον θαυμαστικῶς, ὥς φησι Δίδυμος.

Aristarchus οἷον scripsit, [86]) nec vero recte fecit; primum enim, si hoc probas, omnis conexus inter v. 92 et 93 tollitur,

---

84) Aristarchi sententia occurrit in paraphrasi: . . . κωλύομαι ὑπό τε τοῦ καιροῦ κατεπείγοντος καὶ ὑπὸ τοῦ εἰωθότος θεσμοῦ. νενόμισται γὰρ τὰ τοιαῦτα διὰ συντόμου λέγεσθαι.

85) cod. ἀπαντωμένας: ego correxi: ἀναντωμένας Bö.

86) Aristarcho fortasse vindicabimus, quae similiter exponuntur ad Ol. IX, 89 οἷον ἐν Μαραθῶνι συλαθεὶς ἀγενείων μένεν ἀγῶνα] schol.: . . . τοῦ δὲ οἷον διπλῆ ἡ ἔκδοσις· τινὲς γὰρ τὸ οἷον ψιλῶς ἀναγινώσκουσιν ἵν' ᾖ. μόνον ἐν Μαραθῶνι ἀγενείων ἀγωνισάμενος ἡττήθη καὶ μετεγγράψας ἑαυτὸν εἰς τοὺς ἄνδρας ἐνίκησεν· ἄτοπον δὲ τοῦτο. οὐ γὰρ ἂν ἐγκωμιάζων περὶ τῆς ἥττης ἔμελλε λέγειν. οἱ δὲ θαυμαστικῶς, ὃ καὶ βέλτιον. ὅπως δὲ καὶ οἵως ὑπέμενεν ἐν τῇ Μαραθῶνι πρὸς τοὺς προβεβηκότας ἄνδρας, ἀποσυληθεὶς τῶν ἀγενείων καὶ ὑπεξελθὼν κτλ. Aristarchus, siquidem eius lectio οἷον est, ineptissime iudicavit, quem fortasse Didymus refutavit.

tum adiectio huius vocabuli plane superflua, ne dicam stulta, videtur. Quem Didymus refutavit, qui οἷον veram lectionem esse intellexit.

69) Nem. VI, 21:

τεκμαίρει καί νυν Ἀλκιμίδας τὸ συγγενὲς ἰδεῖν
ἄγχι καρποφόροις ἀρούραισιν, αἵτ' ἀμειβόμεναι.
τόκα μὲν ὦν βίον ἀνδράσιν ἐπηετανὸν ἐκ πεδίων ἔδοσαν
τόκα δ' αὖτ' ἀναπαυσάμεναι σθένος ἔμαρψαν.

schol.: ὁ δὲ Ἀρίσταρχος οὐκ ἐπὶ τῷ διαλιπεῖν τὸν πατέρα παραβεβλῆσθαί φησι τῇ γῇ [τὸ ins.] τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ διὰ τὸ τὸν Ἀλκιμίδαν πρότερον μὲν ὄντα[87]) παῖδα νικῆσαι, διαλιπόντα δὲ χρόνον νῦν πάλιν νενικηκέναι.

Aristarchus naturam hominum cum agris comparari existimat, quia Alcimidas iam puer vicerit, intermisso tempore iterum. Haec interpretatio stare non potest; unde enim constat, Alcimidam puerum vicisse? Hoc Aristarchus, ut solet, commentus est. Nihil aliud de Alcimida scimus, nisi eum Nemeae vicisse, quam victoriam poeta hoc carmine celebrat. Tum vero haec comparatio male in illam de fertilitate agrorum imaginem quadrat. Totum Bassidarum genus cum agris comparari veteres iam intellexerunt, quod e v. 10—23 satis perspicitur[88]).

70) Nem. VII, 1. [Εἰλείθυια πάρεδρος Μοισᾶν]. schol.: ἑνικῶς δὲ εἶπε Εἰλείθυια ὡς καὶ Ἡσίοδος [Theog. 921] ἡ δ' Ἥβην καὶ Ἄρηα καὶ Εἰλείθυιαν ἔτικτεν. ὁ δὲ Ὅμηρος ἑκατέρως. Haec adnotatiuncula, quae speciem Aristarcheae doctrinae prae se fert, ad eundem quin referenda sit non dubitare licet collato schol.: ἡ διπλῆ ὅτι ποτὲ μὲν ἑνικῶς ποτὲ δὲ πληθυντικῶς Εἰλειθυίας λέγει.

---

87) τὸ inserendum est; cod. ἀλλὰ δι' αὐτὸν Ἀλκιμίδαν πρότερον κτλ.: corr. Wilamowitzius.

88) Similis locus est Nem. XI, 39-42, ubi quin res ad genus Aristagorae referatur, non potest fieri. confirmat hic locus alteram interpretationem: quem si Aristarchus arcessivisset, fortasse melius rem explicasset. cf. schol.: ὡς γὰρ αὗται ἀναπαύονται, ποτὲ δὲ καρποφοροῦσι, τῆς γῆς ἐκ διαλείμματος καρποφορούσης, οὕτω καὶ τὸ γένος τοῦ Ἀλκιμίδα. ὁ μὲν γὰρ πάππος τοῦ Ἀλκιμίδα ἐνίκησεν, ὁ δὲ πατὴρ οὐκέτι. ὁ δὲ μὴ νικήσας πατὴρ τῇ ἀναπαύσῃ παραβέβληται τῶν ἀρουρῶν, ὁ δὲ Ἀλκιμίδας πάλιν νικήσας τῇ μετὰ τὴν ἀνάπαυσιν καρποφορίᾳ.

71) Nem. VII, 32:

τιμὰ δὲ γίνεται
ὧν θεὸς ἁβρὸν αὔξει λόγον τεθνακότων
βοαθόων, τοὶ παρὰ μέγαν ὀμφαλὸν εὐρυκόλπου
μόλον χθονός, ἐν Πυθίοισι δὲ δαπέδοις
κεῖται, Πριάμου πόλιν Νεοπτόλεμος ἐπεὶ πράθεν.

schol.: πρὸς τὸ ἓν ἀκουστέον ἄχρι τοῦ Ἐπεὶ πράθε καὶ γραπτέον ἐν τῷ ε ἔμολεν, ὡς Δίδυμος, ὃς καὶ ὑφ' ἓν ἀπὸ τοῦ τεθνακότων ἕως τοῦ Πράθεν ἀναγινώσκει. τὸ δὲ ὅλον τοιοῦτον· ἔμολε παρὰ μέγαν ὀμφαλὸν εὐρυκόλπου χθονὸς Νεοπτόλεμος Πριάμου πόλιν ἐπεὶ πράθεν. τεθνηκότων δὴ τῶν βοηθῶν ἐν Πυθίοις δαπέδοις κεῖται. ποίων δὲ βοηθῶν; τῶν περὶ τὸν Εὐρύπυλον, οὓς αὐτὸς ὁ Νεοπτόλεμος ἀνελὼν ἐπόρθησε τὴν Ἴλιον. οὕτω γὰρ ἴδιος ὁ πόνος ἔσται τοῦ ἥρως. ... ἐὰν δὲ τῶν περὶ τὸν Ἕκτορα, καθὼς Ἀρίσταρχός φησιν, ἀναδράμωμεν, πρῶτον μὲν μακρόθεν ἔσται τὴν πόρθησιν συνάπτων, δεύτερον δὲ ἐπὶ τὴν κοινότητα μεταβησόμεθα δι' ἧς τὸ ἐγκώμιον οὐκ ἔσται. εἰ δὲ γράφεται ἔμολον τῷ πληθυντικῷ ἀντὶ ἑνικοῦ χρᾶται ὥστε ὅμοιον εἶναι τῷ ὁ δὲ (v. 36) ἀποπλέων Σκύρου μὲν ἅμαρτεν, ἵκοντο δὲ εἰς Ἔφυραν' ἀντὶ ἵκετο.

Primum dicere liceat de Didymo. Quem ἔμολεν e coniectura scripsisse pro ἔμολον apparet. Ergo ante Didymum, scilicet etiam Aristarchus, ἔμολον legebant. Porro Didymus ante τεθνακότων interpunxit novamque inde exceptam sententiam usque ad πράθεν perduxit. Eundem particulam affirmativam in textu habuisse concluditur e schol. verbis: τεθνηκότων δὴ τῶν βοηθῶν; quae fuit τοι [89]). Porro βοαθόοι intellexit dici de Eurypylo, quem Neoptolemus occiderat. De Aristarcho statuere licet haecce: Legit ἔμολον et ante τεθνακότων interpunxit. βοαθόοι accepit de Hectore defensore patriae. Hanc interpretationem Didymus refellit, ut videtur. Pluralem autem ἔμολον eo explicasse Aristarchum mihi persuasi, quod Pindarus numeros confundere soleret [90]). Huc spectat adnotatio scholiastae, quam Aristarcho vindicare haud dubitavi.

---

89) Legit Didymus . . . βοαθόων τοι παρὰ μέγαν κτλ. Ex τοι παρα errore τοι γὰρ ortum est, quae corruptela in cod. B et cod. D transiit.

90) De hac proprietate Pindari saepius adnotasse Aristarchum in-

72) Nem. VII, 48: εὐώνυμον ἐς δίκαν τρία ἔπεα διαρκέσει. schol.: Ἀρίσταρχος οὕτως· ἐπεὶ μέμψις τοῖς Αἰγινήταις πρὸς τὸν ποιητὴν ἦν χάριν τοῦ Νεοπτολέμου, εἰς τὴν ἀπολογίαν τὴν περὶ Νεοπτολέμου δικαίως ‚διαρκέσει τρία ἔπεα' φησί, ὅτι μόρσιμον ἦν αὐτῷ οὕτω τελευτῆσαι καὶ ὅτι πεπρωμένον ἦν ἕνα τῶν Αἰακιδῶν ἀποθανόντα τεθῆναι ἐν τῷ ναῷ, τρίτον ὅτι ταῖς ἡρωϊκαῖς πομπαῖς ἕνα τῶν Αἰακιδῶν θεμίσκοπον εἶναι.

Primum ex hoc scholio facile concluditur, Aristarchum in v. 48 τρία ἔπεα rettulisse ad praecedentes versus 44—47. Tum vero idem non videtur interpunxisse post δίκαν, sed hunc versum unum enuntiatum putasse. Quod probari nequit[91]). Immo ad sequentia refer τρία ἔπεα, quibus verbis certum quendam numerum poetam significare noluisse recte intellexit Erasm. Schmidius; quem secutus Dissenius formulam eandem subesse admonuit, qua nos in vernaculo sermone utimur. Iam vero hoc scholium nos docet, quid Aristarchus de tota hac fabula Neoptolemea cogitaverit; dubitabant enim veteres, quanam de causa eam poeta tam copiose narrarit. Aristarchi vero explicationem, ut magis illustrem, schol. 150 et schol. 94 adscribam:

schol. 150 (Bö)	schol. 94 (Bö)[92])
. . . ὁ δὲ Ἀριστόδημος, ὅτι μεμφθεὶς [sc. Πίνδ.] ὑπὸ Αἰγινητῶν ἐπὶ τῷ δοκεῖν ἐν Παιᾶσιν εἰπεῖν τὸν Νεοπτόλεμον ἐπὶ ἱεροσυλίᾳ ἐληλυθέναι εἰς Δελφούς, νῦν ὥσπερ ἀπολογεῖται εἰπών, ὅτι οὐχ ἱεροσυλῶν ἐτελεύτησεν, ἀλλ' ὑπὲρ κρεῶν φιλοτιμηθεὶς ἀνῃρέθη κτλ.	καθόλου γὰρ ἀπολογεῖσθαι βούλεται περὶ τοῦ Νεοπτολέμου θανάτου πρὸς τοὺς Αἰγινήτας. ἐκεῖνοι γὰρ ᾐτιῶντο τὸν Πίνδαρον ὅτι γράφων Δελφοῖς τὸν Παιᾶνα ἔφη· ‚Ἀμφιπόλοισι μαρνάμενον μοιριᾶν περὶ τιμᾶν ἀπολωλέναι'. [Bergk.[4] fr. 52.

---

fra disseram. Aristarchea igitur etiam est haec adnotatiumcula: schol. 53 συνήθως δὲ ὁ Πίνδαρος τῷ τῆς λέξεως κέχρηται σχήματι, συντάξας τῷ ἑνικῷ τὸ πληθυντικόν· ‚ὁ δ' ἀποπλέων Σκύρον μὲν ἅμαρτεν' ἑνικόν· ‚ἵκοντο' δ' οὐκ ἐπήνεγκεν ἑνικόν, ἀλλὰ πληθυντικὸν ἑνικῷ.

91) Si ad praecedentia rettulisset poeta, debebat dicere τὰ τρία ἔπεα κτλ. Ceterum ex veteribus Aristodemus ineptissime τρία ἔπεα de insequenti carminis parte accepit.

92) Hoc scholium, ni fallor, ad Aristarchum referre licet.

> 52] ἀπολογούμενος γάρ τι εἰςήγαγε τοῦτο ὁ Πίνδαρος, ὅτι οὐκ ἔφησε περὶ χρημάτων γεγονέναι τῷ Νεοπτολέμῳ τὴν μάχην, ἀλλὰ περὶ τῶν νομιζομένων τιμῶν τοῖς Δελφοῖς.

Quid Aristarchus excogitaverit, satis hinc elucet: Pindarum ipsum ab Aeginetorum criminibus sese defendere. Hausit hanc explicationem ex paeane Pindari nunc deperdito, cuius versiculum scholiasta adnotat: in quo cum Neoptolemo maledixisset, iam se excusare in epinicio poetam. secutus est Aristarchum Aristodemus discipulus. sed abhorrere a veritate omnia quae ex illo paeane collegit[93]) et omnino inania esse rectissime contendit G. Hermannus, [opusc. III. p. 22] contra quem frustra L. Schmidtius rursus pugnavit[94]).

---

93) Etiam ad Pyth. VII. 18 adnotavi, Aristarchum explicationem in threno Pindari positam excogitavisse.

94) Postquam hanc Aristarchi interpretationem satis perspeximus, sane mirum est, in schol. Nem. VII, 56 (38 M) aliam ad Aristarchum referri. Dicit enim scholiasta: παρεκβαίνει δ' εἰς τὰ Νεοπτολέμου, ὡς μὲν Ἀρίσταρχος, ὅτι <ὁ> νικήσας καὶ χαρισάμενος τὴν ἀνάρρησιν τῷ Σωγένει Νεοπτόλεμος ἦν τοὔνομα, Ἠπειρώτης τὸ γένος, ὅπερ οὐχ οὕτω φησὶν ἔχειν ὁ Δίδυμος. ὡς δὲ Ἀρίσταρχος, ὅτι ἀλείπτῃ ἐκέχρητο τῷ Νεοπτολέμῳ, διὸ εἰς ἔπαινον τοῦ ὀνόματος τῇ ἡρωϊκῇ κέχρηται παρεκβάσει. Aristarchi nomen bis occurrit. Altero loco Boeckhius reponit Ἀριστόδημος. sed etiam quae priore loco de Aristarcho exponuntur, iis, quae supra de eodem statuimus, plane refragantur. Neque ergo aliter iudicare possum, quam ut corruptelam scholio insidere arbitrer. Quam suspicionem praeter argumentum modo expositum confirmat schol. Nem. VII, 1 ἔνιοι μὲν οὖν φασι [sc. de fabula Neoptolemea] νέον ὄντα τὸν Σωγένη ἑτέρου νικήσαντος αὐτὸν κατὰ χάριν ἀνηγγέλθαι τοῦ πατρός Θεαρίωνος εἰς τοῦτο φιλοτιμηθέντος, τὸν δὲ ἀγωνισάμενον Νεοπτόλεμον τοὔνομα Ἀχαιὸν, [cf. schol. 94. Ἀχαιὸν ἄνδρα τὸν Ἠπειρώτην] παρὸ καὶ εἰς τοὺς ὑπὲρ Νεοπτολέμου τοῦ Ἀχιλλέως τὸν ποιητὴν παρεκβῆναι λόγους. αὐτοσχέδιον δέ φησι τοῦτο εἶναι ὁ Δίδυμος κτλ. vides uberius idem hic exponi atque supra, sed nullo auctore nominato. qui refutat, utrobique nominatur Didymus. Iam igitur, si in priore excerpto Aristarchus interpres nominatur, oportet etiam hoc loco eadem eidem vindicari. At hanc explicationem ab Ar. non esse profectam probare posse mihi videor. Totum enim fere hoc scholium de ea quaestione ex-

73) Nem. VII, 87:

εἰ δὲ γεύεται
ἀνδρὸς ἀνήρ τι, φαῖμέν κε γείτον' ἔμμεναι
νόῳ φιλήσαντ' ἀτενέϊ γείτονι χάρμα πάντων || ἐπάξιον.

schol.: Ἀρίσταρχος οὕτως· ἐπεὶ δὲ κατὰ τὰς συνουσίας καὶ γειτνιάσεις ἕτερος ἄνθρωπος ἀφ' ἑτέρου γεύεταί τι καὶ ἀπολαύει ἀφομοιούμενος, ὥσπερ ἡ παροιμία ἔχει· 'χωλῷ παροικεῖς κἂν ἐνὶ σκάζειν μάθοις' εἴποιμεν ἂν τὸν ὠφεληθέντα γείτονα ἀπὸ γείτονος ἀξιόχρεων ἔχειν χάρμα[95]). παρὸ καὶ Ἡσίοδος (OD. 346) 'πῆμα κακὸς γείτων ὅσσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ'.

Inde Aristarchum sic legisse Mommsenus adnotat, ut supra adscripsi, et recte fecit; num e coniectura, nescimus. Certum vero est, alios aliter textum constituisse[96]).

---

ponit, quam de Eleithyia veteres instituerunt. Quam difficultatem alii aliter solverunt: ἔνιοι μὲν οὖν φασιν ὄντα τὸν Σωγένη . . . postea haec afferuntur: ἄλλοι δὲ ἔφασαν ὅτι τοὺς ἐκ φύσεως ἀγαθοὺς ἐπαινεῖ πάντοτε ὁ Πίνδαρος μᾶλλον τῶν ἐκ διδασκαλίας. καὶ ἡ Ἐλείθυια αὐτὸν Σωγένη εὐθέως ἐπὶ τὴν γένεσιν ἐπιτήδειον κατεσκεύασε πρὸς ἄθλησιν· οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι τῶν θεῶν αὐξανομένους ἀγαθὰ δωροῦνται· ἡ δὲ Εἰλείθυια κατ' αὐτὴν τὴν πρώτην καταβολήν. [Haec quae ad. v. 1 pertinet interpretatio Aristarchea, si quid video, est, quam haud male ille excogitavit.] Verba ἄλλοι δὲ ἔφασαν κτλ. Aristarcho vindicare in adnot. 78 haud dubitavi. Ergo ea sententia, quae in initio huius scholii adfertur, Aristarchea non est. Itidemque eadem quae in nostro scholio 56 sub Aristarchi nomine profertur, ut ab Aristarcho profecta sit, non potest fieri. Itaque quum, quae posui, duobus argumentis firmavi, Ar. nomen errore irrepsit. Pro Ἀρίσταρχος priore loco fortasse fuit simile nomen, velut Ἀριστόνικος. Scriba autem, quicumque fuit, in manuscripto suo Ἀρίσταρχος errore ortum legebat et inde altero loco pro grammatici nescio cuius nomine neglegenter Ἀρίσταρχος repetivit. Hoc modo in utrumque locum corruptela venit. Quibus de causis illud scholium inter fragmenta Aristarchea recipere non licet.

95) cod. ἀξιόχρεων εἶναι χάρμα: corr. Wilam.

96) Quae scholiasta adnotat: ὁ δὲ λόγος κατ' ἐρώτησιν καὶ ἀπόκρισιν· εἰ δὲ κατὰ γειτνιάσεις γεύεται καὶ ἀπολαύει γείτονος γείτων δεξιοῦ τε καὶ προθύμου, τί ἂν εἴποιμεν τῷ φιληθέντι τὸν φιλήσαντα; εἶτα ὡς κατὰ ἀπόκρισιν [correxi: σύγκρισιν cod.] γείτονα πάντων χρημάτων ἐπάξιον alios sic legisse demonstrant: εἰ δὲ γεύεται ἀνδρὸς ἀνήρ, τί φαῖμέν κε γείτον' ἔμμεναι νόῳ φιλήσαντ' ἀτενέϊ γείτονα; χάρμα πάντων ἐπάξιον. Hanc structuram ineptissimam amplexi sunt Er. Schmidius et Heynius. Neque vero in his acquievere veteres; tertiam enim lectionem elicies ex his schol. verbis:

74) Nem. VIII, 30:

ἦ μὰν ἀνόμοιά γε δᾳοισιν ἐν θερμῷ χροΐ
ἕλκεα ῥῆξαν πελεμιζόμενοι
ὑπ' ἀλεξιμβρότῳ λόγχᾳ . . .

schol.: ὁ δὲ Ἀρίσταρχος οὕτως· ἀνόμοια πλήγματα τοῖς πολεμίοις ὅ τε Ὀδυσσεὺς καὶ ὁ Αἴας, [sc. ῥῆξαν] ὑπὸ ἀλεξιμβρότου λόγχης κινούμενοι.

Aristarchus πελεμιζόμενοι legit, quod verbum passive accepit atque cum verbis ὑπ' ἀλεξιμβρότῳ λόγχᾳ coniunxit. Hanc lectionem utrum Aristarchus e coniectura scripserit pro πολεμιζόμενοι, an πολεμιζόμενοι post eum alii pro πελεμιζόμενοι, certe diiudicari nequit. Id sane constat, inter veteres pervulgatam fuisse lectionem πολεμιζόμενοι [eadem transiit in manuscripta nostra] quod demonstrat scholium hocce: οὐχ ὅμοιά φησι τραύματα ἔλαβον ὅ τε Αἴας καὶ ὁ Ὀδυσσεύς, τουτέστιν οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον οὐδὲ ἐξίσου τοῖς Τρωσὶν ἐπολέμησαν; ἀλλ' ὁ μὲν Ὀδυσσεὺς δειλὸς ἦν, ὁ δὲ Αἴας ὠθεῖτο τοῖς πολεμίοις. θερμὰ δὲ ἕλκη τὰ φλεγμαίνοντά φησι. πολεμιζόμενοι δὲ ἀντὶ τοῦ πολεμίζοντες[97]) ἐνεργητικοῦ καὶ διακινοῦντες. Ceterum Aristarchi et lectio et interpretatio sequenda est. πολεμίζεσθαι enim activo sensu nusquam legitur nec apta dictio πολεμίζειν ὑπὸ λόγχᾳ. cf. Bö. nott. crit. ad. h. l. Bö. bene admonet frequentem esse apud Homerum formulam ὁ δὲ χασσάμενος πελεμίχθη, quae Δ, 535 exponitur a schol. διεσείσθη, ἀπεκινήθη ut hic ab Aristarcho. cf. Eustath. ad. E. p. 386, 7.

75) Nem. X, 61:

ἀπὸ Ταϋγέτου . . . ἴδεν Λυγκεὺς δρυὸς ἐν στελέχει ἥμενον.

εἰ θιγγάνει φησι τῇ ψυχῇ καὶ ἐπιδέεται ἀνδρὸς ἀνὴρ εἰς τὰς βιωτικὰς χρείας, τί ἂν φαῖμεν χρῆμα τούτου μεῖζον εἶναι, ἢ τοὺς φιλοῦντας εὐθὺς καὶ γειτνιᾶν· [cf. hoc scholium: ἐπεὶ δεῖται ἄνθρωπος ἀνθρώπου εἰς βίον, τί ἂν εἴη τούτου μεῖζον τοῦ εὑρεῖν γείτονας ἀλλήλους φιλοῦντας] Hi sic legere: εἰ δὲ δεύεται ἀνδρὸς ἀνήρ, τί φαῖμεν κε μεῖζον ἔμμεν ἢ νόῳ φιλήσαντ' ἀτενέα γείτονα, χάρμα πάντων ἐπάξιον'.

97) Rectissime adnotat Bergk.[4] false Boeckhium in scholio mutavisse: πελεμιζόμενοι ἀντὶ τοῦ πελεμίζοντες. Ex verbis θερμὰ δὲ ἕλκη τὰ φλεγμαίνοντά φησι cave novam lectionem elicias, qualem Bergk.[3] θερμ' ἐν χροΐ. Idem recte in ed. quarta adnotat, brevitatis fortasse studio ductum θερμὰ substituisse Pindari verbis scholiastam. Aristarchum probaverunt Wakefield, Momsenus, Bö.

schol.: ὁ μὲν Ἀρίσταρχος ἀξιοῖ γράφειν ἀκολούθως τῇ ἐν τοῖς Κυπρίοις λεγομένῃ ἱστορίᾳ. ὁ γὰρ τὰ Κύπρια συγγράψας φησὶ τὸν Κάστορα ἐν τῇ δρυῒ κρυφθέντα ὀφθῆναι ὑπὸ Λυγκέως. τῇ δὲ αὐτῇ γραφῇ καὶ Ἀπολλόδωρος κατηκολούθησε. Πρὸς οὕς φησι Δίδυμος· ἀμφοτέρων ὑπὸ τῇ δρυῒ λοχώντων, τοῦ τε Κάστορος καὶ τοῦ Πολυδεύκους, <πῶς> μόνον ὁ Λυγκεὺς τὸν Κάστορα εἶδε; μήποτε οὖν, φησι, δεῖ ἀναγινώσκειν τὴν παραλήγουσαν συλλαβὴν ὀξυτόνως τοῦ ἥμενος ὡς ἡρμένος, ἵνα κατ' ἀμφοῖν ἀκούηται ἴδε Λυγκεὺς δρυὸς ἐν στελέχει ἡμένος' ἀντὶ ἡμένους δηλονότι τοὺς Διοσκούρους[98]).

Aristarchus hoc loco coniecit ἥμενον, quod probavit Apollodorus. Secundum enim traditam lectionem ἥμενος poeta Lynceum in trunco roboris et in monte Taygeto sedentem facit. Ergo Aristarchus ad Cypriorum carmen provocans, ubi Dioscuros in quercu cava sedentes poetam fecisse haud ignorabat, cum unum Castorem esse ex ipso Pindari carmine intellexisset, ἥμενον reposuit[99]). Acrem sane coniecturam neque illo critico indignam. Quodsi pauculum recedit a Cypriorum narratione, quum de uno Castore, non de utroque fratre res sit, magni non est momenti. Aristarchum refutavit Didymus, dicens non ἥμενον sed ἡμένος, id est ἡμένους, scribendum esse [cf. Ol. II, 71, ubi νάσος pro νάσους. cf. adnot. ad Nem. I, 24. Bergk.[4] prolegg. p. 30]. Didymus sane nisus narratione Cypriorum, ut consensus esset, locum emendavit. Utriusque vero ubi perpenderis et emendationem et explica-

98) Altera scholii pars valde corrupta criticos ad falsissimas coniecturas perduxerat, quoad Mommsenus rem patefecit. cf. quae Moms. egregie disputavit in progr. Frankf. a. M. 1877. p. 30 ssq., ubi prae ceteris e codice Mediceo integrum hoc scholium et emendatius edidit itemque notabile illud Cypriorum fragmentum. De Aristarcho autem ac Didymo tam copiose lucideque disseruit, ut nihil admonendum reliquerit. Si enim tenes μήποτε Didymum usurpare pro ἴσως, Didymum Aristarcho opponere elucet. Ne autem in ipsa Didymi sententia oppositio esse videatur, id quod criticos adhuc excruciavit, cum Wilamowitzio ante μόνον voculam πως inserendam propono [Mommsenus proposuit οὐ, quod ἄν secum postulat].

99) Putaverant adhuc Cypriorum locum adversari Aristarcho, quamquam scholiasta adnotaverat, Ar. epicum poetam secutum esse. At Momsen. recte admonet, Ar. cum Cypriis in eo consentire voluisse, quod Dioscuri, non Lynceus, in quercu sedentes dicerentur.

tionem Aristarcho palmam tribues. Ceterum ipse Aristarchus Cypriorum versus in scholio servatos apposuisse putandus est.

76) Nem. X, 78. (παῦροι). schol.: ἀντὶ τοῦ οὐδὲ ὀλίγοι. ὡς καὶ παρ' Ὁμήρῳ [E, 800] ἦ ὀλίγον οἱ παῖδα ἐοικότα γείνατο Τυδεύς'. Idem adnotatur in schol. ad Ol. I, 35 [μείων γὰρ αἰτία]· ἐλάττων γὰρ αἰτία . . . ἔνιοι δὲ μείων ἀντὶ τοῦ οὐδὲ ὀλίγη. ὡς Ὅμηρος ἦ ὀλίγον οἱ παῖδα ἐοικότα γείνατο Πηλεύς' [corr. Τυδεὺς] ἀντὶ τοῦ οὐδὲ ὀλίγον. Utroque loco interpretationem οὐδὲ ὀλίγη vel ὀλίγοι ab Aristarcho profectam esse docent ea, quae idem ad hunc Iliadis versum adnotavit: ἡ διπλῆ ὅτι οὐ λέγει κατά τι ὅμοιον. ἀλλ' ἀντὶ τοῦ οὐδὲ ὅλως ὅμοιον.

77) Isthm. I, 9:

ἐπεὶ στεφάνους
ἓξ ὤπασεν Κάδμου στρατῷ ἐξ ἀέθλων . . . πατρίδι κῦδος.

schol.: Διαπορεῖται τίς ἐνεχείρισε τῷ Κάδμου στρατῷ, τουτέστι ταῖς Θήβαις, τοὺς στεφάνους. Ἔνιοι μὲν οὖν τὸν Ἰσθμὸν ἀκούουσιν, ὡς ἑξάκις [Bö: cod. ἕξ] νενικηκότων τῶν Θηβαίων τὰ Ἴσθμια. ἔνιοι δὲ αὐτὸν τὸν Ἡρόδοτον, τοῦτον γὰρ ἑξάκις Ἴσθμια νενικηκέναι Θηβαῖον ὄντα. τούτων δὲ οὐδέτερον ταῖς Ἰσθμικαῖς ἀναγραφαῖς ὡμολόγηται, δι' ἣν αἰτίαν οἱ Ἀριστάρχειοι ψιλοῦντες (συντιθέντες ἐξώπασαν add. Bö) ἐπὶ τοῦ νικηφόρου ἐκλαμβάνονται τὸν λόγον, περισσὴν εἶναι λέγοντες τὴν ἐξ πρόθεσιν ποιητικῇ συνηθείᾳ. τὸ γὰρ ''λον εἶναι· Ἐπεὶ ὤπασαν ὅ ἐστι περιεποίησαν. ἄλλως τε οὐκ ἀναγκαῖον ἀριθμὸν κεῖσθαι. πολλῷ γὰρ μᾶλλον κυδαίνεσθαι τὸν νενικηκότα.

Quae hoc loco de Aristarcheis referuntur, noli dubitare ipsi magistro vindicare, velut significatio οἱ περὶ Ἀρίσταρχον ad ipsum criticum spectat, cf. Lehrs. quaest. epic. p. 28 adnot. Aristarchus e coniectura scripsit ἐξώπασαν, unde apparet, quum vocabula neque distracta neque signis prosodiacis instituta accepissent Alexandrini, ante Aristarchum fuisse, qui legerent [puta Aristophanem] ἓξ ὤπασαν. cum vero tabulae Isthmionicorum[100]) neque sex Herodoti victorias neque sex

100) Haec causa pervinceret, nisi haud accurati fuissent victorum catalogi [cf. schol. Nem. VIII, 1. παρέχει δέ φησιν ὁ Δίδυμος τοῦτο ἀπορίαν τὸ μηδέτερον αὐτῶν ἐν τοῖς Νεμεονίκαις] vel a grammaticis male consulti.

omnino Thebanos ferrent, negavit numerum accipiendum esse Aristarchus: neque numero opus esse, sic enim elegantiorem ac superbiorem fieri laudem victoris; in ἐξώπασαν vero[101]) abundare praepositionem more Homerico. Quales Aristarchi adnotationes novimus e studiis Homericis, qua de re cf. Friedl. Ariston. p. 27. ecce schol. Θ, 19. ὅτι ἡ ἐξ περισσή. Pindarum praepositionibus cum verbis coniunctis ita, ut nihil significent, uti, attente observavit Aristarchus. Ecce haec exempla: ἐξαρκεῖν [Ol. V, 24, Nem. I, 32] ἐξερεθίζειν Py. VIII, 13, ἐκτελευτᾶν, ἐκνόμιος. Quare nescio an Aristarcho vindicem adnotationem in schol. Ol. XIII, 138 quae ad ἔξορκος spectet: ἰδίως ἔφη ἔξορκος ἀντὶ <τοῦ> ὅρκος [correxi: ἡ ἀντίορκος cod.]. Vides ut alibi, sic hoc loco raram quandam formam proprietati poetae vindicasse Aristarchum. Iam si diiudicare velis, lis ex sola ratione dirimenda videtur, quum pariter et Aristarchea et Aristophanea lectio ferri possit.

78) Isthm. I, 36:

εἰ δ' ἀρετᾷ κατάκειται πᾶσαν ὀργὰν
ἀμφότερον δαπάναις τε καὶ πόνοις,
χρή νιν εὑρόντεσσιν ἀγάνορα κόμπον μὴ φθονεραῖς φέρειν ‖ γνώμαις.

schol.: Ἀρίσταρχος σὺν τῷ ι γράφει καὶ περισπᾷ καὶ Ἀττικὴν δέχεται τὴν σύνταξιν, ἵν' ᾖ ὁ λόγος· εἰ τῇ ἀρετῇ κατάκειται πάντα τρόπον [Bö: vulgo κατὰ τρόπον] ἔν τε τῷ πονεῖν αὐτὸν τῷ ἰδίῳ σώματι καὶ τῷ δαπανᾶν, τῷ μὲν δαπανᾶν καθόσον ἱπποτρόφησε, τῷ δὲ πονεῖν καθόσον ἡνιόχει, χρὴ τοῖς εὑροῦσι τὴν τοιαύτην ἀρετὴν τὸν ἀγήνορα κόσμον [fort. κόμπον] μὴ φθονεραῖσι γνώμαις φέρειν, τουτέστι τὸ σεμνὸν καύχημα μὴ φθονερῶς φέρειν, ἀλλ' ἐπαινεῖν.

Elucet, Aristarchum scripsisse ἀρετᾷ, cum antea neque litteram iota haberet vocabulum neque esset perispomenon. Ergo antea fuit [scilicet apud Aristophanem] ἀρετά cf. Bergk.[4] in adnot. Iam τῇ ἀρετῇ κατάκειται haud aliter accepisse videtur, ac si quis diceret τῇ ἀρετῇ ἀνάκειται ita, ut ex locali

---

101) Nimirum Aristarcho credere dubitabimus, quum formam tam raram et inusitatam veram esse subdiffidamus. Glossa enim Hesychiana ἐξώπαζεν ἐξέπεμπεν, ubi unice haec vox redit, non valet. Bergk.[4] adnotat spectare eam ad diversum vocabulum, quod est in titulo Cyprio.

verbi significatione notio generalis orta esset. Aristarchi et lectio et explicatio, quamquam haud mala neque difficilis, accipiendam esse negarim. Primum enim, num κατάκειται ea, qua velit, significatione usurpari possit, valde dubium est, tum vox πᾶσαν ὀργὰν ommissa praepositione posita in hac explicatione offendit. Bene vero perspexit Ar. structuram in v. 38, in quo νιν ad ἀρετὴ spectat et cum εὑρόντεσσι coniungendnm est[102]). Ceterum e scholio etiam id apparet, Aristarchum accurate distinxisse inter πόνος et δαπάνα, quid significarent apud Pindarum, qualem vocabulorum interpretem sagacissimum et subtilissimum eum in Homero deprehendimus. Neque igitur vestigia Aristarchea latere dubito in his schol. Ol. V, 15 καὶ πόνον μὲν τὴν γυμνασίαν εἶπε, δαπάνην δὲ τὴν ἱπποτροφίαν [ubi alii sic: κόπῳ καὶ χρημάτων δαπάνῃ, alii κόπος καὶ ἀναλώματα] schol. Isthm. V, 11: εἰ γάρ τις φησι, τῶν ἀνθρώπων καὶ ἐπὶ τὸ δαπανᾶν . . . καὶ ἐπὶ τὸ πονεῖν ἰδίῳ σώματι . . . Post Aristarchum eiusdem coniectura ἀρεται accepta est. in eo autem dissenserunt, quod non perispomenon, sed oxytonon esse putarent. Iidem ἀρεταί κατάκειται aiebant positum schemate Pindarico: ἐπιζεύξας πληθυντικῷ ἑνικὸν ῥῆμα κατὰ τὴν Πινδάρου συνήθειαν. Ego omnibus his coniecturis reprobatis teneri velim, quod traditum erat et G. Hermannus dedit, ἀρετά ‚si virtus circa totum animum est, etc., eis qui hanc virtutem nacti sunt etc.' In qua explicatione sola intellegitur, quo spectet accusativus πᾶσαν ὀργάν.

79) Isthm. I, 52. schol.: τέμενος Πρωτεσιλάου] τέμενος δὲ λέγεται οὐ μόνον τὸ ἱερὸν καὶ ὁ ναός, ἀλλὰ καὶ ἡ ἀφωρισμένη χώρα. Ὅμηρος· ‚καὶ μὲν οἱ Λύκιοι τέμενος τάμον ἔξοχον'. Cum his conferenda sunt, quae Ar. in Homero de eodem vocabulo adnotavit, schol. Ariston. Z, 194: ὅτι παρετυμολογεῖ τὸ τέμενος ἀπὸ τοῦ τεμεῖν καὶ ἀφορίσαι. cf. schol. Σ, 550, ὅτι τὸ ἀποτετμημένον τόπον τέμενος λέγει.

80) Isthm. II, 1. schol.: Θρασύβουλοι δὲ Σικελιῶται διττοί[103])

---

102) Haud scio an Aristarcho ante oculos fuerit Isth. V, 11: εἴ τις . . . δαπάνᾳ καὶ πόνῳ πράσσει θεονμήτους ἀρετάς. Utroque enim loco idem fere dici fortasse putavit.

103) De utroque Thrasybulo fuse exposuit Boeckh. in explicatt.

ὁ μὲν Δεινομένους νεώτατος ἀδελφὸς τῶν περὶ Ἱέρωνα καὶ Γέλωνα, ὁ δὲ τῆς γυναικὸς τοῦ Ἱέρωνος ἀδελφὸς, οὗ νῦν μνημονεύει Πίνδαρος. ὁ δὲ Ἀρίσταρχος ἀδελφὸν ὑπείληφε τοῦ Ξενοκράτους τὸν Θρασύβουλον, ἔνιοι δὲ υἱὸν Ξενοκράτους. Huc accedat scholium novissimum, in quo Ar. nomen deest: βέλτιον δὲ ἀδελφὸν εἶναι Ξενοκράτους et schol. 68: ἰστέον ὅτι τὸν εἰς Ξενοκράτην ὕμνον εἰς Ἀκράγαντα διὰ Νικασίππου πέμπει πρὸς Θρασύβουλον τὸν Ξενοκράτους ἀδελφόν.

Permirum est Aristarchum fratrem Xenocratis Thrasybulum, quem patrem fuisse Pyth. VI diserte dicit, putasse. At Aristarchus hoc carmen omnino non inspexit, id quod utique debuit. Immo utpote qui neglexerit omnia historica monumenta, ratus ex carmine ipso carmen satis explicari, cum in v. 28 legisset: ἀθανάτοις Αἰνησιδάμου παῖδες ἐν τιμαῖς ἔμιχθεν, carmen vero Thrasybuli Xenocratisque laudes celebraret, collegit filios fuisse Aenesidami.

81) Isthm. IV, 51: οὔτοι τετύφλωται μακρὸς
μόχθος ἀνδρῶν. οὐδ' ὁπόσαι δαπάναι
ἐλπίδων ἔκνισ' ὄπιν.

schol.: Ἀρίσταρχος οὕτως· οὐδὲ ὁπόσαι δαπάναι αὐτοῖς ἐγενήθησαν ἐπὶ τῶν ἐκβεβηκυιῶν ἐλπίδων τῶν περὶ τὴν νίκην, ἔκνισα τῇ φωνῇ οὐδὲ ἐλύπησα[104]), ἀλλὰ τοὐναντίον ὕμνησα αὐτούς.

Inde satis apparet, Aristarchum legisse ἔκνισ' ὀπὶ [id est ἔκνισα ὀπι]. Quam lectionem traditam esse mihi persuasi; post Ar. enim alii e coniectura scripserunt ὄπιν cf. schol.: ἔνιοι δὲ καταλληλότερον γράφουσι σὺν τῷ ν ἔκνιξ' ὄπιν . . . Aristarchus postquam in manuscripto reperit ὀπι neque corruptelam insidere loco intellexit, ad falsam interpretationem perductus est. Ea enim, quae Ar. velit, poetam dicere voluisse nullo pacto potest existimari. Sane locus emendatione eget. Coniectum est ἔκνισ' ὄπιν omni distinctione sublata, quod ex schemat. Pindarico explicaverunt. Quid ὄπις sit, scholia docent[105]). Hanc lectionem et explicationem secutus et Mommsenus, quem nos sequemur.

104) codd. ἐλυπήθην, in quo recte offendit Bergk.[4]. cf. schol. sq. ἔκνισαν καὶ ἐλύπησαν.

105) De ἔκνισε cf. Hesych. κνίσσαι φθεῖραι ὀλέσσαι.

82) Isthm. V (VI), 32:

εὑρὼν Ἀλκυονῆ σφετέρας οὐ φείσατο
χερσὶν βαρυφθόγγοιο νευρᾶς
Ἡρακλέης· ἀλλ' Αἰακίδαν καλέων . . .

schol.: ταῦτα ἀπήρτισται τὸ κατάλληλον οὐκ ἔχοντα, ἃ δὴ ὁ Ἀρίσταρχος σημειοῦται. καὶ εἰσὶν οἱ κεχιάσθαι φασὶν ὅτι ἰδίως ἐπιβέβληκεν ὡς ἐν διαστολῇ τοῦ οὐκ ἐφείσατο· Ἀλλ' Αἰακιδᾶν καλέων ἀνατρέχων ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τῆς ἱστορίας. οὐκ ἔστι δὲ ἴδιον, ἐὰν ὁ ἀλλὰ ἀντὶ τοῦ δὴ [Bö: δὲ Rom.] τάσσηται· Αἰακίδαν δὴ καλέων.

Nihil hinc de Aristarcho discimus, nisi notam ab eo positam esse, ut significaret coniungi sententias adversativa particula quamquam nulla esset oppositio.[106]) quomodo locum explicaverit nescimus [107]), neque χ signum ei tribuere licet.

83) Isthm. V (VI) 40: οἰνοδόκον φιάλαν χρυσῷ πεφρικυῖαν. schol.: Ἀρίσταρχος ἐκ μεταφορᾶς τῶν κάπρων φησὶ εἰρῆσθαι. Φρίξας εὖ λοφιὴν [τ 446] ὡς <κεχρισωμένης ins. Wilam.> [108]) τῆς φιάλης καὶ τετραχυμένης τῇ ποικιλίᾳ τοῦ χρυσίου [χρυσοῦ Wil.] καθαπερεὶ πεφρικότος αὐτοῦ. ἴν' ὅμοιον τῷ· ἔφριξεν δὲ μάχη φθισίμβροτος ἐγχείῃσιν [N, 339] διὰ γὰρ αὐτῶν τῶν δοράτων φρίξαι φησι τὴν μάχην [109]). ἔνιοι δὲ τὴν λαμπρὰν ἤκουσαν.

Aristarchus phialam finxit esse caelatam ob eamque caelaturam rigidam, sicut tergum suis riget saetis. Haec est, quam vult, metaphora. Iam licet fingere phialam non caelatam. Ac nescio an de sola abundantia auri acceperit is interpres, ad quem referenda est adnotatio ἔνιοι τὴν λαμπρὰν

---

106) Quae cum ita sint, errat Lehrs. [schol. Pind. p. 106 in adnot.] quum post ταῦτα inserat οὐκ.

107) Fuerunt vero qui crediderint, χ positum esse propter ἰδιότητα [scil. ut solet poni] qua opposuit οὐκ ἐφείσατο: non opem, quam in Alcyone interficiendo tulit Herculi Telamo, sed ab ultimo initio historiam repetivit. Nec tamen scholiasta hoc probat, nihil enim peculiare esse, modo ἀλλὰ idem valeat atque δή, ita enim transitum fieri a generalibus ad specialia. Tres igitur sententiae sunt; nulla plane vera, nam locus lacunosus est.

108) In Rom. post ὡς lacuna est, quam optime explendam duxit Wilam. voce κεχρυσωμένης. . Ego conieceram τετορευμένης.

109) cf. Eust. ad N. 339. schol. M, 62.

ἤκουσαν. At φρίσσειν [110]) motum significat; exprimit porro asperitatem corporis cuiusdam commoti velut pelagi ventis quassati. Id recte perspexit Ar. qui rem haud male explicavit.

84) Isthm. VI, 16: ἀλλὰ παλαιὰ γὰρ εὕδει χάρις.
schol.: Ἀρίσταρχος τοῦτο λεγόμενόν φησιν ὑπόνοιαν δίδωσιν ὡς ὅτε ἔγραψεν ὁ Πίνδαρος ἀχαριστουμένων τι τῶν Θηβαίων ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων. ἐὰν δὲ ὑποτεθῇ τὰ ἑξῆς· ὅτι μὴ σοφίας ἄωτον ὡς ἐν τῷ καθόλου λέγων ἔσται, ὅπερ πολλάκις εἴωθε λέγειν, ὅτι πᾶσα χάρις πεπαλαιωμένη καθεύδει καὶ μεμάρανται καὶ ὅτι τοιούτου πράγματος ἀμνήμονές εἰσιν οἱ ἄνθρωποι, ὅταν μὴ ἀοίδιμον γένηται καὶ τύχῃ ὕμνου τινός.

Primum ex Aristarchi dubitatione [ὑπόνοιαν δίδωσιν, ὡς ὅτε] colligere licet, ut nobis, ita ne Alexandrinis quidem tempus huius carminis i. e. qua Isthmiade Strepsiades vicit, innotuisse. Locum ipsum Aristarchus haud perspexit, quum e verbis eliceret sententiam, quae omnino eis non inest.[111]). Quem bene refutat scholiasta [fortasse Didymus]. Sane enim generale quiddam poeta exprimit. Laus praeteritorum factorum dormit, nisi poeta carmine celebrat. Ad se ipse Pindarus provocat glorians quodammodo divinam suam poeseos artem cf. Nem. VII, 12—14. IX, 6. χάρις non solum gratia, sed etiam laus et gloria est apud Pindarum. Quod si sequere, intelleges, qui inter initium carminis sit et sequentes sententias conexus: Ne autem laus et gloria, quam victoria adeptus es, Strepsiade, in oblivionem incidat, te canam [112]).

85) Isthm. VI, 39:

ἀείσομαι χαίταν στεφάνοισιν ἁρμόσαις.
ὁ δ᾽ ἀθανάτων μὴ θρασσέτω φθόνος·
ὅτι τέρπνον ἐφάμερον διώκων . . .

---

110) cf. quae Aristarchus de φρίσσειν ad Py. IV, 183 statuisse videatur.

111) Hanc adnotationem sunt qui cupide arripuerint, utpote qui in unoquoque fere verbo poetae aliquid peculiare vel historicum odorentur. Suspicantur enim poetam Spartanis ingratiae vertere, quod post pugnam ad Tanagram factam reversi auctores fuerint cladis Oenophytensis [cf. Dissen, Leop. Schmidt]. Iidem hoc carmen ad Ol. 81 referunt poetam de pugna Oenophyteori loqui putantes. Contra Bergk.[4] carmen primae poetae iuventuti vindicat Ol. 70, 2. vel 70, 4.

112) cf. Horatius. carm. IV, 9. Theocr. XVI, 43.

schol.: Ἀρίσταρχος ἐπὶ τοῦ ἐρεθίζειν ἀκούει, τάττεσθαι δέ φησι καὶ ἐπὶ τοῦ ταράττειν.

Coniunxit Ar. haud inepte sic: canam; deorum autem invidia nolito me excitare; contentus sum nec magna cupiam [μακρὰ παπταίνω]. Apparet, Aristarchum post φθόνος plene interpunxisse novamque ab ὅτι τέρπνον sententiam excepisse. Praeterea intellegimus ex scholii frustulo, Aristarchum aliis locis Pindari hanc vocem de ταράττειν accepisse, qua de re iudicari nequit quum in servatis carminibus non recurrat[113]). Aristarchum refutaverunt alii cf. schol.: ὁ δὲ παρὰ τῶν θεῶν φθόνος μὴ συνθραυέτω ὅτι ἑκάστης ἡμέρας ἥσυχος καὶ πρᾶος ὢν μετὰ ἡσυχίας καταγηράσκω et hoc schol.: μὴ οὖν φησιν ὁ ἐκ θεῶν ταραττέτω φθόνος ὅτι ἐν τῷ βίῳ τερπνὸν τοῦτο ἀεὶ κατὰ τὴν παροῦσαν ἡμέραν διώκων καὶ θηρεύων μεθ' ἡσυχίας καταστρέψω τὸν βίον. Hos vides de ταράττειν accepisse nec tamen post φθόνος interpunxisse, sed totum enunciatum usque ad αἰῶνα [v. 42] perduxisse.

III.

Homericorum scholiorum ope iam aliquot Pindari scholia restitui Aristarcho, ubi singulas adnotationes inter se componere licebat. nunc per ipsam grammaticam rationem plura eliciam.

Ex iis quae Aristarchus in interpretandis Homeri carminibus praestiterit, didicimus multas locorum difficultates eum ita dissolvisse, ut statueret pleonasmum sive ellipsim sive enallagen, qua de re accurate disputavit Friedländer in fragmentis schematologiae Aristarcheae ante Aristonici fragmentorum editionem collocatis. Hanc rationem interpretandi Aristarchum etiam in Pindaro non sprevisse valde mihi probabile est idque eo magis, quo obscurior ac difficilior hic poeta est. Ut

---

113) Ol. VI, 97 huc non spectat. Traditum enim est θραύσοι, pro qua lectione Bö. e coniectura reponit θράσσοι.

schol. Isth. VI, 51, quod valde corruptum Böckh. intellexit, sic emendo: ὁ Ποσειδῶν μετὰ τὴν χειμερίνην τῶν φθασάντων κατάστασιν εὐδίαν ἄλυπον [sc. ἔδωκε] § εὐδία παρὰ τῶν θεῶν λύπην διεδέξατο. codex sic: ὁ αἰὼν . . . ἄλυπον. τὰ παρὰ τῶν θεῶν ὑμᾶς . . . Nam εὐδία non homines sed luctum [πένθος] subsequta est cf. schol. praecedens.

vero in hac re saepe eum errasse adnotat R. Volkmannus [Encyc. Pauly. I² p. 1578] ita in Pindaro lapsum eundem haud minus suspicabimur quum pleonasmum statueret seu ellipsim seu enallagen, ubi vel opus prorsus non esset vel non liceret. Iam ubi scholia Pindari attente perlegeris, multas eiusmodi adnotationes deprehendes. Quas tantum abest, ut omnes ad Aristarchum referam, ut, quum ea doctrina magis magisque inter grammaticos pervulgata sit, a diversissimis grammaticis ortas esse putem. Attamen certe sunt quae Aristarchi sint atque admodum dolendum est hac in re eandem normam nobis non esse atque in Homero, ubi omnem cognitionem ex Aristonico haurimus. Iam liceat hanc quaestionem fusius instituere. Contuli locos qui huc spectant, ubi Aristarchum latere collegi. Ubi vero aliquid sine ulla dubitatione ad eum referre posse mihi visus sum, adnotare haud omisi.

I. **De pleonasmo.** [cf. Friedl. p. 27.] Hoc schema imprimis Aristarchus, quantum ex Homero scimus, in praepositionibus statuit, [cf. Apoll. synt. 117, 15.] In Pindaro satis confirmat schol. Isthm. I, 9. cf. fragm. 77. Etiam huc spectat schol. Ol. VIII, 138. cf. fragm. 77. Addo schol. Py. IV, 447 (Bö): ἡ πρόθεσις περιττεύει τοῦ λόγου. Ol. VIII, 4: παραπειρῶνται]. ἡ παρὰ περισσὴ· ἔστι γὰς πειρῶνται. haec adnot. Aristarchi non est, quippe qui enallagen [ἀπὸ pro παρὰ] statuerit. cf. fragm. 30. E coniunctionibus [Friedl. p. 33, 34] abundare legimus τε et καὶ cf. schol. Ol. IV, 14. Ol. III, 67, schol. Py. III, 66: λείπει τὸ ὡς καὶ περιττεύει ὁ τέ· καὶ abundat in schol. Ol. VII, 171.

II. **De ellipsi** [Friedl. p. 25, 26]. Prae ceteris de praepositionum ellipsi observari videmus. εἰς: schol. Ol. XI, 94: ἔξωθεν τὴν εἰς πρόθεσιν ληπτέον. schol. Py. I, 188. ἀντὶ: sch. Ol. XII, 17. λείπει ἡ ἀντὶ. κατὰ: sch. Py. I, 157. Py. V, 43. ὑπὸ: schol. Py. IV, 434. ἐπὶ: schol. Nem. IV, 107. μετὰ: schol. Py. X, 54. σὺν, ἐν: schol. Py. IV, 433.

Plura de ellipsi affere non ausus sum. Neque enim in Homero nisi praepositionis ellipsin statuisse videtur Aristarchus.

III. **De enallage.** Sicut in Homero, ita in Pindaro reperies permultas de enallage adnotationes. In quibus plerumque enallage pertinet ad substantiva ac verba, occurrit autem etiam in praepositionibus nec non in nonnullis coniunctionibus.

Enallagen praepositionum [cf. Friedl. p. 28. Lehrs. quaest. ep. p. 87 ssq.] adnotatam reperies in 86) schol. Ol. VII, 23 ἡ δὲ ὑπὸ ἀντὶ τῆς μετά. καὶ Ὅμηρος· [Σ, 492] δαΐδων ὕπο λαμπομενάων'. Idem ad hunc Iliadis versum adnotaverat Aristarchus: ἡ διπλῆ ὅτι ἡ ὑπὸ ἀντὶ τῆς μετά, μετὰ δᾳδων. Eodem pertinet 87) schol. Ol. IV, 3: τὸ δὲ ὑπὸ ποικιλοφόρμιγγος ἀοιδᾶς τῇ ὑπὸ ἀντὶ τῆς μετὰ κέχρηται . . . τῇ δὲ ὑπὸ ἀντὶ τῆς μετὰ καὶ Ὅμηρος κέχρηται· Δαΐδων ὕπο λαμπομενάων'. schol. Ol. VIII, 4 ἡ παρὰ ἀντὶ ἀπό. ἔστι γὰρ ἀποπειράζουσι. Hanc adnotatiunculam iamiam suo loco Ar. vindicavi. cf. frg. 30. Praeter haec huc spectant schol. Ol. I, 105. VI, 13. Py. II, 21. Nem. II, 32. Nem. III, 101.

Substantivorum enallage crebra est; Permutationes casuum in Homero et observavit Ar. et saepissime de re adnotavit cum haud dubitaret existimare nominativum pro vocativo accusativo genetivo [cf. Friedl. Ariston. p. 18] poni posse. Eadem in Pindari scholiis permulta sunt.

nominativus pro vocativo [Friedl. p. 18] 88) schol. Py. XI, 1 τὸ δὲ ἀγυιᾶτις ἀντὶ ὦ ἀγυιᾶτις, ὡς καὶ παρ' Ὁμήρῳ· Ἠέλιος ὅς πάντ' ἐφορᾷς' [Γ, 277] καὶ δός φίλος' [ρ 415] Ad priorem locum Γ, 277 Aristonicus: ἡ διπλῆ περιεστιγμένη ὅτι ἥλιος ἀντὶ τοῦ ἥλιε, ὡς κἀκεῖ δός φίλος' καὶ ἀλλὰ φίλος θάνε καὶ σύ' [Φ, 106][114]). Idem occurrit in schol. Ol. VI, 179: τὸ πόσις ἐπὶ κλητικῇ κεῖται εὐθεῖα ὄν, ὡς τὸ Ἠέλιος ὅς πάντ' ἐφορᾷς' καὶ δός φίλος [Bö: Δὼ φίλος cod.] schol. Ol. VI, 37. Vratl. A.: τῇ δὲ κλητικῇ οὐκ ἐχρήσατο, ἀλλὰ τῇ εὐθείᾳ· Ἠέλιος ὅς πάντ' ἐφορᾷς'.

Versa vice, ut in Homero, ita in Pindaro vocativum pro nominativo positum adnotavit Aristarchus. schol. B, 107: Θυέστα ὅτι κλητικὴ ἀντὶ τῆς ὀρθῆς, Θυέστα ἀντὶ τοῦ

---

114) Apoll. de synt. 214, 5 (ed. Bekker.) de hoc schemate loquitur Atticum id appellari adnotans: οὐχ ὑποπίπτουσι γὰρ ἀρχαικῇ χρήσει, ἀπειράκις κατὰ τὸ αὐτὸ παρειλημμένη τὸ ἠέλιος θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς [Γ, 277]. δὸς φίλος' [ρ, 415], ὦ φίλτατ' Αἴας [Soph. Ai. 997] ἄπειρα τὰ τούτοις ὅμοια τὸ Ἀττικὸν σχῆμα παραστήσει καθότι, ὡς ἔφαμεν, ἡ κλητικὴ ἕτερον τέλος ἀπῄτει, ἢ ἀνεστραμμένως ὅτε ἡ κλητικὴ ἀντ' εὐθειῶν παραλαμβάνεται κατὰ Μακεδονικὸν ἔθος ἢ Θεσσαλικόν, ὡς οἱ πρὸ ἡμῶν [nempe Aristarchus cf. Buttm. in versione Apoll. p. 175 in adn.] τὸ τοιοῦτον ἐπιστώσαντο· αὖταρ ὁ αὖτε Θυέστα [B, 107].

Θυέστης. cf. Friedl. Ar. p. 18. Cum hoc scholio confer schol. 89) Ol. VIII, 4: 'Ορσοτρίαινα] κλητικὴ ἀντὶ τῆς εὐθείας, ὡς καὶ παρ' Ὁμήρῳ· Ἱππότα Πηλεύς'. Ac sane valde Aristarchum redolet hoc frustulum. Nec tamen enallagen his locis statuere licet; sunt enim formae Aeolicae eaeque nominativi. Quocirca hic et illic erravit Aristarchus.

nominativus pro genetivo [Friedl. p. 19]. In Pindaro haec habes: 90) schol. Ol. VII, 48. ἀκαταλλήλως εἶπεν· ἔδει γὰρ εἰπεῖν· γλαυκῶν δὲ δρακόντων εἰςαλλομενάων τριῶν οἱ δύο μὲν κατέπεσον, ὁ δὲ εἷς ἀνόρουσε. τὸ δὲ σχῆμα Ὁμηρικὸν οἱ δύο μὲν σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανον εὐρὺν ἱκάνει [μ, 73] cf. Aristarchi adnotationem ad Γ, 211: καὶ νῦν λέγει ἀμφότεροι δὲ καθήμενοι κατ' ἐναλλαγὴν πτώσεως . . . καὶ ἔστι σύνηθες ὡς ἐπ' ἐκείνου σὺν δὲ δύ' ἐρχομένω' οἱ δὲ δύο σκόπελοι, ὁ μὲν ἀντὶ τῶν δύο σκοπέλων.

accusativus pro nominativo. schol. Ol. I, 16. Py. VII, 6. Hoc loco nominativus pro accusativo positus est. 91) schol. Py. VII, 4: τὸ δὲ ναίων ἀντὶ τοῦ ναίοντα, ὡς καὶ Ὅμηρος [Β, 350] φημὶ γὰρ οὖν κτλ. εἶτα ὑποβαίνων Ἀστράπτων ἐπιδέξια' ἀντὶ ἀστράπτοντά φησίν. cf. Ar. adnotatio ad B, 350: ὅτι ἀκαταλλήλως εἴρηται. ἔδει γὰρ ἀστράπτοντα καὶ φαίνοντα. Pindarica adnotatio Aristarchi est, quem Didymus refutavit cf. pag. 85. schol.: ὁ δὲ Δίδυμος ἁπλούστερον ἀκούει.

accusativus pro dativo. schol. Ol. I, 135. ἀντὶ τῆς αἰτιατικῆς τῇ δοτικῇ ἐχρήσατο. In schol. Ol. VI, 120 dat. pro accus. stat cf. schol. Nem. I. 97.

accusativus pro genetivo. schol. Ol. XIV, 12. [cf. Friedl. p. 22].

dativus pro genetivo. [Friedl. p. 22, 23]. Haec permutatio ab Aristarcho in Homero saepissime adnotata est[115]; eadem etiam in Pindaro haud raro occurrit. schol. Nem. III, 16. ἤλλακται δὲ ἡ πτῶσις ἀντὶ τοῦ πολυνεφέλου οὐρανοῦ θύγατερ. cf. frg. 63. schol. Ol. III, 56. VII, 7. schol. Ol. VII, 98 [ubi enallage opus non est] schol. Ol. VII, 159.

schol. Ol. XIII, 20, ubi enallagen statuere non licet. schol. Py. IV, 528. X, 4.

---

115) Apoll. synt. 157, 10 (Bekk.) ἀπειράκις δοτικὰς παραλαμβάνει [sc.: Ὅμηρος] ἀντὶ γενικῶν.

Enallagen, quae ad verbum pertinet, Aristarchus in Homero frequenter observavit, ita ut genera pro generibus, tempora pro temporibus, modos pro modis posita putaret. Friedl. [p. 2] admonet, medii nomen [μέσον] apud Herodianum et Apollonium usitatissimum, apud Aristonicum et Didymum, ergo etiam apud Aristarchum nondum esse. Apoll. synt. 211 adnotat notionem medii Aristarcho ignotam fuisse, quum formas medii passivis adnumeraret. De quorum permutatione in Pindaro sunt haec: schol. Ol. VIII, 62: ἤπειγε ἀντὶ τοῦ ἠπείγετο, ἐνεργητικὸν ἀντὶ παθητικοῦ. Hoc loco ἠπείγετο medium est. cf. schol. Ol. I, 20. schol. Ol. I, 152 τὸ δὲ δέδορκεν ἀντὶ παθητικοῦ τοῦ δέρκεται. hoc loco passivum est. schol. Py. X, 103, Ol. XI, 17. 92) schol. Py. XII, 3: τὸ δὲ ναίεις ἀντὶ τοῦ ναίῃ, ὡς καὶ Ὅμηρος [Δ, 45] ‚ναιετάουσι πόληες' ἀντὶ τοῦ ναιετάονται. Ad hunc Iliadis versum scholia praebent haec: ἡ διπλῆ ὅτι ἐνεργητικῷ ἀντὶ τοῦ παθητικοῦ κέχρηται ἀντὶ τοῦ ναιετάονται. Utraque ab Aristarcho adnotatio profecta est. schol. Isth. III, 52. Ol. I, 131.

Temporum permutatio. praesens pro aoristo. cf. Friedländer p. 4 et Philolog. XI, 699 sqq. 93) schol. Ambr. Ol. II, 68. [apud Momms. in adn. crit. ad Ol. II, 37] ἐπάγει δέ τι χρόνος ἀντὶ χρόνου ἀντὶ τοῦ ἐπήγαγεν. παλιντράπελον ἢ τὸ ἐναντίον τῷ κακῷ ἢ τὸ ἀηδές. His corruptelam insidere in propatulo est. In v. 37. codd. ἄλλῳ χρόνῳ exhibent, solus Ambrosianus (et apographon Vratisl. A) ἄλλος χρόνος, quae lectio hoc scholio firmatur. Quocirca lectum fuisse censeo: ‚οὕτω Μοῖρα τε πατρώϊον τῶνδ' ἔχει τὸν εὔφρονα πότμον θεόρτῳ σὺν ὄλβῳ· ἐπί τι καὶ πῆμ' ἄγει παλιντράπελον ἄλλος χρόνος'. Ad hunc textum spectat scholium nostrum: ἐπάγει positum dicitur pro ἐπήγαγε, quia pertinet res ad historiam Labdacidarum. Iam vide quomodo emendandum sit scholium: ἐπάγει δέ τι χρόνος ἀντὶ τοῦ ἐπήγαγε. παλιντράπελον κτλ. Quod Aristarcho velim vindices, qui e coniectura ἄλλος χρόνος scripsisse videtur.

praesens pro futuro [Friedl. p. 6] schol. Ol. VIII, 55. Pyth. IV, 85. IV, 91.

aoristus pro futuro schol. Ol. VIII, 71.

Participium pro verbo. [Eriedl. p. 14] schol. Ol. VIII, 81.

δύναται τὸ ἑλὼν μετοχὴ ἀντὶ ῥήματος εἷλεν[116]) cf. Aristarchi adnotationem ad Θ, 306: ἡ διπλῆ ὅτι ἔξωθεν προςληπτέον τὸ ἔστιν, εἰ μὴ ἡ μετοχὴ ἀντὶ ῥήματος παρείληπται, βριθομένη ἀντὶ τοῦ βρίθεται.

Transeo ad permutationes numerorum atque primum quidem in verbis. cf. Friedl. p. 15. In Pindaro saepissime observata est ἰδιότης poetae, qua cum substantivo sive masculini seu feminini generis pluraliter formato coniunxit verbum singulariter positum. schol. Ol. X, 5. Py. IV, 438. X, 110. Isth. I, 58. Py. IV, 100. II, 85. Hoc schema, quod ante Pindarum nemo usurpasse dicitur [cf. schol. rec. Ol. X, 5] postea σχῆμα Πινδαρικὸν appellatum est, qualia schemata feruntur Ibyceum, Alcmanicum[117]). Hanc Pindari proprietatem Aristarchum et observasse et adnotasse mihi probabile est. Neque etiam scio, idem an significationem σχῆμα Πινδαρικὸν norit, quippe quem de schemate Alcmanico disputasse constet et in Homero et in Pindaro, id quod ad Py. IV, 179. comprobavi cf. frg. 45. Huc accedunt ei loci, quibus a numero ad numerum transit poeta seu in verbis seu in nominibus. Schol. Ol. III, 19 ἀπὸ πληθυντικοῦ μετέπεσεν εἰς τὸ ἑνικόν. schol. Py. VIII, 10: ἔθος δὲ Πινδάρῳ ἀπὸ ἑνικοῦ εἰς πληθυντικὸν ἀναφέρεσθαι. schol. Nem. VII, 53, quod Ar. vindicavi. cf. fragm. 71. adnot. 90.

Postremo de permutatione numerorum in nominibus occurrente disputandum est. In Homero tale quid adnotavit Aristarchus ad H, 14: ὅτι ἔθος αὐτῷ πληθυντικῷ [nempe στέμματα] ἀντὶ ἑνικοῦ λέγειν. Ex Pindari scholiis afferam haec: schol. Ol. II, 80 ἐνταῦθα πληθυντικὸν ἐξήνεγκεν. ἔστι γὰρ Ἀδραστεΐδος. ergo lectum esse apparet Ἀδραστεΐδαν cf. schol. Vratl. A et Bergk.[4] adnot. crit. schol. Ol. VI, 115. Ol. IX, 79: τὸ ἑνικὸν διὰ πληθυντικοῦ ἐξενήνοχεν ἀντὶ φερτάτου Κρονίδου . . . κουρᾶν δὲ πάλιν ἀντὶ τῆς κόρης τῆς Πρωτογενείας. cf. schol. praecedens et sch. Py. II, 25. IV, 72. Haec de pleonasmo ellipsi enallage hactenus. Iam vero in scholiis Pindari etiam de syllepsi adno-

116) cod. ἑλεῖν. reposui εἷλεν.

117) cf. Herodian. de figur. p. 100. Sp. Apoll. synt. 223. Lesbonax de fig. p. 184. Valk. schol. Aeschyl. Pers. 49. cum Hauptii disputatione opusc. I, 311.

tasse grammaticos videmus. Quo de schemate Aristarchus in Homericis commentariis disputaverat, idque maxime, ubi de vulneratis seu eminus seu cominus agebatur. cf. Lehrs. Arist. p. 32: ἡ διπλῆ ὅτι συλληπτικῶς τὸ τῷ ἑτέρῳ συμβεβηκὸς ἐπ' ἀμφοτέρων τέταχεν. οὐ γὰρ ἀμφότεροι ἐτύπησαν. - cf. schol. N, 702. At aliis quoque locis, ubi de vulneratis res non est, syllepsin statuit, velut T, 49. cf. schol. A, 424. P, 492, quorum utrumque ad Aristarchum referendum videtur. Iam ut in Homero, ita in Pindaro Aristarchum de syllepsi adnotasse valde mihi probabile est, quippe quem quidquam aut memorabile aut rari haud effugerit. Quocirca inter eiusmodi, quas in scholiis Pindari deprehendimus, adnotationes esse, quae ab Aristarcho originem ducant, contenderim. Sunt autem haec: schol. Py. III, 160 καὶ ἐνταῦθα τὸ χωρὶς συμβεβηκὸς συλληπτικῶς ἐπ' ἀμφοτέρων τίθησιν καὶ λίαν πυκνός ἐστιν ἐν τοῖς τοιούτοις. schol. Py. IV, 303. IV, 306. schol. Isthm. I, 25. I, 79. I, 30. IV, 44. V, 87. schol. Ol. II, 87. schol. Py. XI, 70. III, 158. VIII, 23. schol. Nem. V, 12.

Postremo liceat enumerare ea fragmenta Aristarchea, quae pertinent non ad epinicia, sed ad alia Pindari carmina. Quae pleraque non e scholiis Pindari, sed aliunde depromenda esse in propatulo est. Quae quidem adhuc investigare potuerim, haecce sunt;

ad paeanes.

94) schol. B, 659: ἡ διπλῆ ὅτι ἡ Ἔφυρα . . . καὶ ὅτι σὺν τῷ σ Σελλήεντα τὸν ποταμὸν λέγει, ἀφ' οὗ τὸ παροικοῦν ἔθνος Σελλοὺς καλεῖ. οἱ δὲ νεώτεροι Ἑλλοὺς λέγουσι πλανηθέντες. cf. schol. Ariston. Π, 234. Pindarum intellegi ab Aristarcho testatur Strabo VII. p. 505 A: πότερον δὲ χρὴ λέγειν Ἑλλοὺς, ὡς Πίνδαρος, ἢ Σελλοὺς, ὡς ὑπονοοῦσι [sc. Aristarchum] παρ' Ὁμήρῳ κεῖσθαι, ἡ γραφὴ ἀμφίβολος οὖσα οὐκ ἐᾷ διισχυρίζεσθαι[118]. cf. schol. minor. Π, 234: Πίνδαρος δὲ Ἑλλοὺς αὐτοὺς κληθῆναί φησι χωρὶς τοῦ πρώτου Σ, ὥς φασι πρώτου καταδείξαντος τὸ μαντεῖον[119]. Testatur etiam Etym. Magn. s. v. Σελλοί. Ad paeanem Pindari hoc spectare Boeckius collegit. fragm. Pind. 30.

118) cf. quae sequuntur apud Strabonem, unde Apollodorum magistro suo obsecutum elucet.

119) sc. Δωδωναῖον. cf. schol. Venet. Π, 134: . . . ἀπὸ Ἑλλοῦ τοῦ

95) schol. Ω, 604. ἡ διπλῆ ὅτι οἱ νεώτεροι διαφωνοῦσι περὶ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν Νιόβης παίδων. οἱ μὲν γὰρ δεκατέσσαρας, οἱ δὲ εἴκοσι τοὺς Νιοβίδας λέγουσιν. Aelianus V. H. XII, 36: Ἀλκμὰν δέκα φησὶ, Μίμνερμος εἴκοσι καὶ Πίνδαρος τοσούτους. Gell. N. A. XX, 7: Euripides [et Pindarus] bis septenos Sappho bis novenos, Bacchylides et Pindarus bis denos. cf. schol. Eur. Phoen. 162. Pindarum de numero Niobidarum in paeane locutum esse Boeckhius collegit frg. Pind. 37. Haud igitur dubium quin Aristarchus in hoc carmine deperdito adnotaverit de varia poetarum fabula.

96) schol. Pind. Nem. VII, 94. Aristarcheum: καθόλου γὰρ ἀπολογεῖσθαι βούλεται περὶ τοῦ Νεοπτολέμου θανάτου πρὸς τοὺς Αἰγινήτας. ἐκεῖνοι γὰρ ᾐτιῶντο τὸν Πίνδαρον, ὅτι γράφων Δελφοῖς τὸν Παιᾶνα ἔφη· ‚ἀμφιπόλοισι μαρνάμενον μοιριᾶν περὶ τιμᾶν ἀπολωλέναι' [frg. 52. Bergk.[4]] κτλ. cf. quae ad fragm. 72. adn. 92. disputavi.

ad dithyrambos.

97) schol. Nem. II, 10. Ἀρίσταρχος δέ· ἐν τούτοις μὲν ταῖς Πλειάσι φησί τὸν Ὠρίωνα ἐπέχειν, ἐν ἄλλοις δὲ τὴν Πληιόνην[120]) φησίν αὐτὸν διώκειν ὑποτιθέμενος τὸ σύστημα τῶν Πλειάδων ἐν ζωδίον. Aliud scholium scilicet Aristarcheum [cf. fragm. 60] Pindari illum locum indicat a Bergkio [fragm. 74[4]] ad dithyrambos relatum: καὶ ὅτε μέν Πλειάδας καλεῖ πληθυντικῶς, ὅτε δὲ Πληϊόνην ὡς μίαν ‚Τρεχέτω δὲ μετὰ Πληϊόναν, ἅμα δὲ αὐτῷ κύων'. Ad quem locum pariter Aristarchum disputasse facile est colligere.

ad carmina incerti generis.

98) schol. Ariston. A, 1. ἄειδε θεὰ] ὅτι κατὰ τὴν ποιητικὴν ἤτοι ἄδειαν ἢ συνήθειαν λαμβάνει τὰ προςτακτικὰ ἀντὶ εὐκτικῶν. καὶ γὰρ Ἡσίοδός φησι ‚δεῦτε δὴ ἐννέπετε' [O, 2] καὶ Πίνδαρος ‚μαντεύεο Μοῦσα' καὶ Ἀντίμαχος ὁ Κολοφώνιος ‚ἐννέπετε Κρονίωνος Διὸς μεγάλοιο θύγατρες'. Satis inde apparebit, quid eo Pindarici carminis loco Aristarchus exposuerit.

δρυτόμου, ᾧ φασι τὴν περιστερὰν πρώτην καταδεῖξαι τὸ μαντεῖον. Ob hoc scholium haec referenda sunt ad paeanem Pindari, de quo loquitur scholiasta ad Soph. Trach. 175.

120) cod. Πλειάδα: Wilam. coni. Πληϊόνην.

99) schol. Soph. Aiac. argum. περὶ δὲ τῆς πλευρᾶς ὅτι μόνην αὐτὴν τρωτὴν εἶχεν (ὁ Αἴας) ἱστορεῖ καὶ Πίνδαρος· ὅτι τὸ μὲν σῶμα ὅπερ ἐκάλυπτεν ἡ τοῦ Ἡρακλέους λεοντῆ, ἄτρωτον ἦν, τὸ δὲ μὴ καλυφθέν, ὅπερ ἦν ἡ πλευρὰ τρωτὸν ἔμεινεν. Intellegis Pindarum finxisse Aiacem vulnerabilem excepto latere, ubi non velatus esset pelle leonina. Nullo pacto dubitari potest hoc Pindarici carminis loco quin Aristarchus de hac re adnotaverit. Observaverat enim Homerum totum vulnerabile finxisse corpus Aiacis, schol. Ψ, 822: ἡ διπλῆ ὅτι ἐκ τούτων καὶ τῶν τοιούτων φαίνεται καθ' Ὅμηρον μὴ ὢν ἄτρωτος ὁ Αἴας. Ex hoc scholio etiam id intellegere licet, Aristarchum alios poetas [sc. τοὺς νεωτέρους] dissensisse ab Homero haud ignorasse.

100) schol. Ariston. Θ, 368. ἡ διπλῆ ὅτι . . . καὶ ὅτι κύνα μόνον λέγει, Κέρβερον δὲ οὐκ ὀνομάζει, ὡς οἱ νεώτεροι. Πίνδαρος γοῦν ἑκατόν, Ἡσίοδος δὲ πεντήκοντα ἔχειν αὐτὸν κεφαλάς φησιν. Vides, qui sint οἱ νεώτεροι. Ceterum Pindarum Cerberum commemorasse in carmine aliquo, ubi de Herculis ad inferos descensu dixerit, Boeckius putat. Ibi Aristarchum exponere, qua in re Pindarus dissentiat ab Homero, negari nequit.

101) schol. Z, 24. σκότιον τὸν ἐκ ἀδᾳδουχήτων γάμων νόθον λέγει, τὸ δὲ κύριον ὄνομα Σκοτίος. Hoc scholium Aristarchum esse testatur schol. Ariston. ad eundem locum: ἡ διπλῆ ὅτι τοὺς μὴ ἐκ φανερᾶς συνουσίας λαθραίας δὲ μίξεως γεγονότας σκοτίους καλεῖ, κτλ. Unde sequitur, ut Aristarchus adiectivum voluerit esse proparoxytonon, paroxytonon nomen proprium. cf. Lehrs. Aristarch. pag. 271. Iam tertium quoque scholium servatum est ad Z, 24 quod et ipsum Aristarcheum arbitror: σκότιον ὡς λόγιον· τὸ γὰρ κύριον [sc. Σκοτίος] πρὸ τέλους ἔχει τὴν ὀξεῖαν. καὶ παροξύνεται παρὰ Πινδάρῳ. Ex Pindaro igitur nomen proprium resumpsit Aristarchus et in Pindaro paroxytonon exhibuit, ut ab adiectivo distingueret. Ubicumque illud nomen in Pindaro fuit, Aristarchum de hac re adnotasse in propatulo est.

102) schol. X, 51. τὸ ὀνομάκλυτος ὡ τοξόκλυτος. οὕτως δὲ καὶ Ἀρίσταρχος. In Odyssea (τ, 183) ὄνομα κλυτὸς idem legit. Vides quid Aristarchus utroque loco voluerit. Iam vero

ad eundem locum cod. B haec praebet: κατὰ σύνθεσιν [sc. ὀνομάκλυτος] οὖν ἐστὶν ὡς τὸ τοξόκλυτος παρὰ Πινδάρῳ καὶ περίκλυτος. cod. Υ: ἔστι γοῦν παρὰ Πινδάρῳ τὸ θηλυκὸν αὐτοῦ ἐν παρωνύμῳ χαρακτῆρι. ὀνομακλύτα γάρ ἐστιν. Aristarchus de compositione et flexione et genere huius vocabuli apud Pindarum disseruit. Quae cod. Υ ad X, 51 praebet nescio an ab Aristarcho profecta sint.

Iam compono quaestiones, in quibus Aristarchea referri haud est a Didymo refutata improbabile, cum hodie Aristarchi nomen, interdum etiam Didymi, desit. distinxi autem ea verba, quibus Aristarchi sententiam subesse crediderim ' adeas velim quae de hac re in adnot. 7. exposui.

schol. Ol. VI, 55 Rom. τὴν Φαισάναν πάντες μὲν οἱ ὑπομνηματισταὶ[121]) τῆς Ἀρκαδίας εἶναι πόλιν ἐξεδέξαντο. ὁ δὲ Δίδυμός φησι τῆς Ἤλιδος αὐτὴν εἶναι καὶ ὑπεραπολογεῖται τοῦ ῥητοῦ οὕτως, ὅτι ποτὲ οἱ Ἀρκάδες καὶ τῆς Ἤλιδος ἐβασίλευον κατὰ τὸν χρόνον τοῦ Αἰπύτου.

schol. Ol. VI, 55. Vratl. A. Δίδυμός φησιν ὅτι πάντες οἱ ὑπομνηματισάμενοι Φαισάναν φασὶν εἶναι τῆς Ἀρκαδίας πόλιν· αὐτὸς δέ φησιν εἶναι τῆς Ἠλείας καὶ παρατίθεται Ἴστρον τὸν ἱστοροῦντα ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν Ἠλιακῶν.

schol. Vratl. A Ol. IX, 34. μαλεραῖς ἐπιφλέγων ἀοιδαῖς.] ταῖς λαμπραῖς παρόσον τὸ πῦρ δηλοῦσθαι, ἐκ δὲ τοῦ πυρὸς τὸ λαμπρόν· ὁ δὲ τρόπος μετάληψις. λαμπρὰς δὲ τὰς ᾠδὰς διὰ τὸ διϊκνεῖσθαι ὡς τὸ πῦρ. ὁ δὲ Δίδυμος ἀντὶ τοῦ μαλακαῖς. καὶ γὰρ ἑτέρωθι [Isth. II, 8 μαλθακόφωνοι ἀοιδαὶ] μαλακοφώνους τὰς ᾠδάς φησιν.

schol. Ol. XI, 83. σᾶμα Ἀλιρροθίου] . . . τινὲς σῆμα Ἁλιρροθίου κατὰ περίφρασιν ἤκουσαν οἱονεὶ τὸ σημεῖον καὶ ἡ δόξα τοῦ Ἁλιρροθίου, ὡς καὶ Ὅμηρος· Ἱερὴ ἴς Τηλεμάχοιο καὶ Βίη Ἡρακληείη[122]). ὁ δὲ Δίδυμος οὕτω καθίσ-

---

121) Sub hoc vocabulo, seu est ὑπομηματισταὶ seu προυπομνηματισάμενοι seu ὑπομνηματισάμενοι Aristarchum latere puto. Praeterea ipsa vox a Didymo profecta videtur, a quo resumpsit paraphrasta cf. frg. 53. schol. Nem. III, 1. Ol. VI, 55.

122) cf. schol. Py. III, 42 . . . τὸ λῆμα τῆς Κορωνίδος περιφραστικῶς

τησι τὸν λόγον· τὴν Μαντινέαν φησὶν εἶναι ἱερὰν Ποσειδῶνος καὶ παρατίθεται Βακχυλίδην κτλ.

schol. Ol. XIII, 27. τίς γὰρ ἱππείοις ἐν ἔντεσι μέτρα] τουτέστι τὰ ἵππεια μέτρα τοῦ χαλινοῦ. ἀποδεδώκασι δὲ τῷ δοκεῖν τὸν Πήγασον πρῶτον ὑπὸ Βελλεροφόντου ἐν Κορίνθῳ κατεξεῦχθαι. Δίδυμος δέ φησι μήτε τοὺς ἱππικοὺς δρόμους μήτε τὰς τῶν ἁρμάτων κατασκευὰς μήτε τὸν χαλινὸν διὰ τούτων δηλοῦσθαι, ἀλλὰ τὸν κεραμεικὸν τροχὸν ἐκ μεταφορᾶς διχόθεν μετηνεγμένης κτλ.

schol. Pyth. VI, 35. Μεσσήνιον τὸν Νέστορά φασιν οὗτοι, ὅσοι ὑπέλαβον τὴν Πύλον τῆς Μεσσήνης εἶναι, ἀλλ' οὐχὶ τῆς κατὰ τὴν Ἀρκαδίαν Τριφυλίας. ὁ μέντοι Ὅμηρος οἶδεν ὑποτεταγμένην τῇ Λακωνικῇ τὴν Μεσσήνην· δοκεῖ δὲ τῷ Διδύμῳ ἐκ τῆς Τριφυλιακῆς Πύλου [sc. τῆς Ἀρκαδικῆς] εἶναι τὸν Νέστορα . . .

Ad rem illustandam afferam schol. Ariston. B, 582: ὅτι γὰρ ὑπὸ Λακεδαιμονίους αὐτὴν [sc. Μέσσην seu Μεσσήνην] οἶδε, δῆλον ἐξ ὧν φησί· δῶρα τά οἱ' κτλ.] [φ, 15]. quem versum etiam in Pindari loco citasse videtur Aristarchus. quae legis in schol. B, 591. ὁ δὲ τῆς Ἀρκαδίας [sc. Πύλος] ἡ τοῦ Νέστορος πατρίς a Didymo videlicet profecta sunt.

schol. Pyth. VII, 4. Hic Aristarchi et Didymi sententias tam perspicue oppositas vides, nulla ut dubitatio sit, quin Ar. nomen interciderit; quamquam in scholio ipso distractae sunt, hoc loco eas componam: τὸ δὲ ναίων ἀντὶ τοῦ ναίοντα ὡς καὶ Ὅμηρος· [B, 350] φημὶ γὰρ οὖν κτλ. εἶτα ὑποβαίνων Ἀστράπτων ἐπιδέξια ἀντὶ τοῦ ἀστράπτοντά φησιν [certum est haec Aristarchi esse cf. pag. 78. frg. 91.] ὁ δὲ Δίδυμος ἁπλούστερον ἀκούει· αὐτὸς ἐγὼ ναίων ἐν τῇ Ἑλλάδι, ἀντὶ τοῦ οἰκῶν.

schol. Nem. V, 10. οὔπω γένυσι φαῖνεν τέρειναν] ἀλληγορεῖ βουλόμενος σημῆναι τὸν ἀγένειον ἀπὸ τῆς κοπριζούσης ἀμπέλου, ἡ δὲ ὀπώρα οὐκ ἔστι τῆς οἰνάνθης μήτηρ, ἀλλὰ τοὐναντίον· προανθεῖ γὰρ πρῶτον, εἶτα ὀπώρα γίνεται. χρῆται δὲ τῇ τοιαύτῃ ἀναστροφῇ συνήθως ὡς· Ἀσυχία φιλεῖ μὲν συμπόσιον. οὐ γὰρ ἡ ἡσυχία φιλεῖ τὸ συμπόσιον, ἀλλὰ τὸ συμπόσιον τὴν ἡσυχίαν.

ἡ Κορωνίς, ὡς παρ' Ὁμήρῳ· Ἱερὴ ἲς Τηλεμάχοιο'. Utraque adnotatio ex eodem fonte fluxit.

Δίδυμος δὲ βέλτιόν φησι μὴ τὸν καρπὸν, ἀλλὰ τὴν ὥραν ἀκούειν, καθ' ἣν ὁ καρπὸς ὁμώνυμος πεπαίνεται.

schol. Nem. IV, 95. Δαιδάλου δὲ μαχαίρᾳ] Δαιδάλου μάχαιραν τὸν δόλον εἶπε τμητικὸν γεγονότα εἰς ἀπώλειαν, παρόσον δολίᾳ τέχνῃ χρησάμενος ἐπεβούλευσεν. καὶ πιθανώτερόν ἐστι τὸν δὲ σύνδεσμον ἀντὶ τοῦ γάρ παρειλῆφθαι. Δίδυμός δέ φησι· Γράφειν δεῖ διὰ τοῦ ω μεγάλου . . . δαίδαλον δὲ εἶπε τὴν μάχαιραν διὰ τὸ ὑπὸ Ἡφαίστου κατεσκευάσθαι.

Haec exempla sufficiant. Liceat denique enumerare nonnullos locos, qui et ipsi huc spectare videntur: schol. Isth. II, 19. Ol. VI, 115. Nem. IV, 14. Ol. I, 33. Nem. VII, 89. Ubi fortasse etiam, Didymi refutantis nomen intercidit, enumerandum est inter alia schol. Nem. I, 1: ζητεῖται τί δήποτε . . . ἔνιοι μὲν οὐκ φασιν κτλ. ἀπόχρη δὲ εἰπεῖν [sc. Didymus fort.] ὅτι ἱππικὴ ἡ θεός κτλ. schol. Pyth. IV, 35. ζητεῖται δὲ, δι' ἣν αἰτίαν . . . καὶ οἱ μὲν φασιν [sc. Arist. fort.] ὅτι πρωρεὺς ἦν . . . οἱ δὲ [sc. Didym. fort.] διὰ τὴν συγγένειαν.

Corrigenda.

Pag. 4 in adn. 7 v. 11 delendum *nomen* ante *excidit.*
„ 5 v. ab inf. 6 legendum *frag. 63,* non 62.
„ 6 v. ab inf. 13 bis legendum *quod*, mox *videtur*, non quid et videatur.
„ 7 in schol. 1, 196 legendum θρέμματα non θρέμμτα.
„ 8 in adn. 9 v. 4 legendum *dissensionem*, non dissentionem.
„ 9 v. a. supr. 23 legend. *examinavisti,* non examinatus es.
„ 10 v. a. supr. 24 leg. *hominum,* non hominibus.
„ 11 in adn. 13 v. 2. leg. *Pind.,* non Ar.
„ 12 v. a. supr. 2 leg. *elusisse,* non eludisse
ibid. lege. frag. 53, 56, 59, 43, non 51, 54, 57, 40.

Pag. 13 lege. frag. 80, 75, non 78, 73.
„ 16 in adn. 21. v. 2. leg. εὐτυχίᾳ, non εὐτυχία.
„ 17 v. 1 a. supr. leg. *apodosis*, non apodosin
ibid. v. 4 a. supr. *possint*, non possit.
„ 21 a. supr. v. 1 lege. *filium*, non filius.
„ 27 ad Ol. V, 1 scribendus numerus 17, non 16.
„ 28 ad Ol. V, 10 „ „ 18, non 17.
„ 29 ad Ol. V, 23 „ „ 19, non 18.
„ 29 ante Ol. VI, 15 inser. numerus 20.
ibid. a. supr. leg. restauratam, non restauratum.
„ 30 in adn. 51 v. 4 post Pyth. adde IV,
ibidem in adn. 52. v. 1. post Nem. adde IX.
„ 33 v. inf. leg. *num qua*, non quae
ibid. in adn. 53 leg. profectum, non profectam.
„ 40 v. a. supr. 2 leg. *atque*, non quam.
„ 42 in adn. 65 v. 2 leg. *coronatricem*, mox *supplendam*, non cornatricem et supplendum.
„ 43 v. 4 ab inf. leg. *misera haec lacinia*.
„ 44 v. a. supr. 2 leg. *quanto*, non quantum.
„ 48 v. a. supr. 10 leg. *violenter*, v. 11. *connexuisse*.
„ 49 v. a. supr. 17 comma ponend. ante γλῶσσιν.
„ 51 in adn. 71 leg. *evertisse*, mox *Emmenes*.
„ 55 v. a. supr. 10 leg. *sententias*, v. 13 *pertineat*.
ibid. in adn. 77 v. 1 leg. *has* adnotationes.
„ 57 v. a. supr. leg. in *Herme*, non Herm.
„ 61 v. a. supr. 14 verba *de novilunio* post *die* ponenda.
ibid. v. a. supr. 15 semicolon ante τεθμός collocandum.
„ 62 v. ab inf. 2. post schol. inser. Λ, 270.
„ 64 v. a. supr. 20 leg. *narravisset*, non narrarit.
„ 67 in adn. 97 v. inf. leg. *Mommsenus*, non Momsenus.
„ 74 in adnot. 110 leg. *videtur*, non videatur
ibid. in adn. 111 v. 6 leg. *Ocnophytensi*.
„ 84 v. a. supr. 9 verba *haud est* ante *improbabile* collocanda.

Index locorum.

Situs scholiorum Homericorum et Pindaricorum.

Scholia Pindarica, quae asterisco notavi, ex ordine editionis Boeckhianae citavi. numeri uncis inclusi fragmentorum Aristarchi numeros significant.

Vita.

Natus sum ego Eugenius Horn in Pommeraniae oppidulo Greifenhagen a. d. XII. Cal. Apriles an. 1858, patre Friederico, quem ante hos duos annos morte mihi ereptum lugeo, matre Augusta e gente de Podewils. Fidem profiteor evangelicam. Litterarum elementis patriae imbutus anno 1870 novum gymnasium Stettinense adii, quod tum florebat sub auspiciis Francisci Kerni, praeceptoris praestantissimi atque illustrissimi, cui viro memoriam pio semper animo recolam. An. 1877 testimonio maturitatis instructus in universitatem Heidelbergensem migravi, ubi per aestatem audivi disserentes vv. dd. Kuno Fischer, Starck. Deinde in universitatem Berolinensem me contuli, ubi per quattuor semestria me docuerunt vv. dd. Droysen, Kirchhoff, Robert, Seeck, Vahlen, Zeller. Tum transii in academiam Gryphiswaldensem, ubi scholas frequentavi vv. dd. Kieslingi, Susemihli, Wilamowitzii, Ulmanni. Exercitationibus interesse mihi licuit seminarii philologici Gryphiswaldensis, archaeologicis a Curtio, aristotelicis a Susemihlio institutis. Quibus viris omnibus, imprimis vero Susemihlio, Kieslingo, maximeque Wilamowitzio, optime de me meritis, gratias, quam maximas, ago semperque habebo.

Sententiae controversae.

I. Theocritus XXIV, 16 propono:
ἀπειλήσασα κανεῖν βρέφος Ἡρακλῆα. [cod. φαγεῖν.] cf. v. 90.

II. In schol. Pind. Ol. I, 26: περὶ δὲ τῆς Δωριστὶ ἁρμονίας εἴρηται ἐν Παιᾶσι, ὅτι Δώριον μέλος σεμνότατόν ἐστιν, Pind rum citatum contendo. cf. schol. Ol: II, 70. Pyth. VI, 4. XII, 45. Errant Boeckhius [praef. scholl. Pind. pag. XVII] et qui sequuntur, Maur. Schmidt [Didym. p. 239] et Bergk. [lyr. graec.[3] p. 297] quum Didymi commentarios intellegendos putant.

III. schol. Il. K, 252 sic emendandum: Ζηνόδωρος [cod. Μητρόδωφος] μὲν οὖν τὸ πλεῖον δύο σημαίνειν φησι παρ' Ὁμήρῳ κτέ.

IV. In excerpto, quod inscribitur Ζηνοδώρου τῶν περὶ συνηθείας ἐπιτομή [Miller mélanges de la littérature grecque pag. 407. ssq.] s. v. Ἄρης sic lego: Ἄρης ὁ πολεμιστὴς καὶ ἡ πρὸς τὸν πόλεμον ὁρμή· [cod.: ὁ ἀστήρ·]

V. Ibidem qui est articulus s. v. τὸ μέλλει in duos articulos dissecandus et sic refingendus est.

1. τὸ μέλλει ἐπὶ τοῦ ἔοικε. ἡ δὲ συνήθεια ἐπὶ τοῦ ὀκνεῖν [cod.: ἐπὶ ὁ ὑποκρίνεσθαι ὁ Ποιητής κτέ]
2. ὑποκρίνεσθαι ὁ Ποιητής καὶ ἐπὶ τοῦ ἀποκρίνεσθαι τίθησιν. ἡ δὲ συνήθεια ἐπὶ τοῦ μὴ ἐκ ψυχῆς λέγοντος μηδὲ [μὴ δὲ cod.] ἃ φρονεῖ.

VI. Ibidem duo ultimi articuli s. v. ἀλιτήριος et συκοφάντης suo loco non sunt, sed in insequens excerptum Suetonianum restituendi. Quae leguntur s. v. ἀλιτήριος apud Zenodorum, illuc refer post articulum s. v. ἀλάστωρ: quae s. v. συκοφάντης, apud Suetonium ante articulum s. v. συκοφάντης collocanda sunt.


3 2044 004 441 671

